

TOMUS SECUNDUS

IURIS PUBLICI IMPERII ROMANO-GERMANICI:

Quo tractatur


DE ORIGINE DIGNITATUM ILLUstrium, de juribus atque oneribus Principum aliorumque Imperii Statuum, de jure præcedentiæ, de genealogiis aliquot Imperii Procerum, de eorundem privilegiis, ditionibus, controversiis, de Nobilibus, tam mediatis quam immediatis, de Equitibus, de torneamentis, atq; insignibus.

AUTHORE

JOHANNE LIMNÆO JENENSI.







ARGENTORATI,

Sumptibus PAULI LEDERTZ Bibliopol.

ANNO M. DC. XXXI.

ILLUSTRISSIMO, ATQUE CELSISSIMO PRINCIPI,

JOHANNI CASIMIRO,

DUCI SAXONIAE, JULIAE, CLIVIAE, ac Montium, Marchioni Misniæ, Comiti Marchiæ, & Ravensburgi, Domino Ravensteini, Domino meo clementissimo,



Vi Reges, Principes, atque magnates, Solem, Lucernas, Lampades, & si quid igneæ naturæ excellentius est, appellitant, Illustrissime Princeps, nec authoritate, nec ratione destituuntur. Jam olim Rex David Lucerna Israel dictus: & hodie Franco-Galli Regem suum Sire, ab illis mutuato vocabulo, quibus σεὶρ σείρος, *Sol est, nuncupant. Plutarchus quoq;, tractatu, quem de defectu Oraculorum scripsit, Reges, Principesq; terræ, Lampadi comparavit. Alios silentio prætervehor, ne uterum gestare videatur Catalogus, Alexandrum, quia magnus fuit, tacere mihi nefas. Is vero Principem soli comparavit, & unicum terræ*

esse voluit, ut unicus est cœli. Quod magnæ ambitionis emblema est, Alexandro quidem conveniēs, nulli Christianorum. Deus unum nobis posuit solem, at multos dedit Principes, quorum tamen quisq; subditis suis sol, lucerna, lampas.

Sol ab omni macula purus: talis & Princeps esse debet, quantum ut homo potest. Solis familiares stellæ sunt, quas puras novimus: Principis ad latus non alius meretur admitti, quam crimine purus. Angeli sunt qui Deo in cœlis ministrant; Principi, qui Deus in terris, non aliud sit famulitium, quam eorum, qui Angelorum consortio digni. Sol cunctis lucet: luceat, ô Principes, & lux vestra, ut videant homines vestra bona opera, & glorificetur pater qui in cœlo est. Præceptum hoc generale, fateor; at vobis maximè observandum, quorum ad exemplum vester componitur orbis. Cursus ipsius naturæ prius deficiet (ita Senatui Romano scripsisse fertur Theodoricus Gothorum Rex,) quam populus imitari Principis vel vitia, vel virtutes. Planè, ut heliotropium ad Solis motum, sic subditi in Principum mores vertuntur. Sol Dei imago, & thronus Dei dicitur: Principes & ipsi Dij dicuntur, & eorum thronus à Deo positus. Sol continuas agit excubias, & nostros licet quandoque effugiat aspectus, nunquam tamen sine motu est, nunquam quiescit: Prin-

cipes boni pro grege suo excubant, & corpore licet quandoq; videantur requiescere, mente tamen continuant curam. Sol tropicos nunquam supergreditur, altius non ascendit, nec inferius se demittit: Princeps quoque bonus potestatis suæ atque actionum terminos habet, hos agnoscit lubens, factu non ascendit Olympum, nec vitiis stygias deflectit ad aquas.

Solem non homines modò & animalia, sed & ipsæ quoque venerantur plantæ, communem quia patrem bonorumq; dispensatorem habent æquissimum: Eadem in Principes subditorum mens esse debet, ni solem illum justitiæ ultorem velint. Rerum Indicarum scriptor non ignobilis memorat, in insulis Goa atque Malacca, reperiri arborem, ab incolis Singadi, à nostris tristem dictam, quæ solis aspectum, contra communem et arborum et plantarum naturam, aversari videatur: ad solis ortum pallescere, nocte viridem esse, nunquam interdiu flores, sed nocte tantùm ostendere. Ejusdem naturæ videntur mihi subditi rebelles & malè in Principem animati; qui inde meritò tristes, non Latino, sed Italorum significatu, quibus tristo, homo nequam est, dici merentur, flores prædictæ arboris suavem spargunt odorem, sed capiti noxium: Licentiosa rebellium subditorum vita, ut ut suavis illis videatur pri-

mum, qui legum contemptu animantur, capiti tamen noxia maximè, quod in extremum tandem adducit periculum. Jusculum, ex floribus istis coctum, qui hauriunt; nunquam deinceps in risum solvuntur, nunquam hominum delectantur consortio: misanthropi vivunt, & moriuntur Timones, masculus, vel fœmina, fructus infelicis hujus arboris comedens, sterilescit: Cuncta denique arboris membra nociva homini, & humanitati. Omne hoc in rebellibus subditis, quorum fructus contemptus est sui Principis: Hunc si quis hauserit, perpetua anxietate laborabit: Non color illi hominis erit: Nunquam læta ipsi frons: domestico indies flagellatur tortore: hominum non delectabitur consortio, quia legibus societatis humanæ repudium misit: Mors ipsi solatium erit, vita supplicium: sterile ipsius solum erit, quia maledictum; sterilis & ipse, quia frigidus; nec aliam dabit progeniem, si ullam dabit, natura fortassis ad monstrum connivente, nisi infamem. Solis metiri radios mortalium non est: Principis curiosius inquirere in acta nobis non licet, quibus obsequij gloria relicta est. Icarus olim alas sumpsit, ut Poëtæ narrant, in altum iturus, solis ad domum: sed liquefacta à sole cera, in aquas decidit, temeritatis suæ in pœnam: Idem subditis contingit,

qui

qui ſumptis licentiæ alis, Principum atria involare, atque eorum acta rimari anxius conantur: ipſo adhuc in itinere ruptis licentiæ ſuæ alis in Oceanum calamitatis demerguntur, vnde rara redemptio. Sol indurat lutum, glaciem fundit, pellit nubes, attrahit aquam, corrumpit, generat, atque adeò in varios varius eſt, ſed nulli iniquus: Bonus Princeps huic præmia decernit, illi pœnam dictitat: alium amat, alium odit: ſuum tamen cuique horum tribuit, & in iniquos æquus eſt. Solis magnitudinem noſſe, juxtaque ejus qualitates, mortalibus vitio non datur: Crimen nullum eſt ſubditis, ſi majeſtatem, juraque Principis ſui noverint, vel noſſe deſiderent. Hinc quantilli ſint, reſpectu Principis ſui, quantus verò ipſe, reſpectu aliorum: quam auguſta ejus privilegia, quam excellens dignitas, addiſcere poterunt. Hac ego licentia animatus, in hunc tractatum, Principum patriæ noſtræ & originem & titulos, & jura ex parte collegi. Eum verò tibi, Princeps Illuſtriſſime, offerre conſtitui, quia inter illos, quorum jura tractatus hicce meus loquitur, ætate primus, quia inter cæteros, qui Muſarum cultores patrocinio dignantur, nulli ſecundus. Accipe Princeps Illuſtriſſime, gratioſa fronte quod fero munuſculum,

meque

meque clientum tuorum in censum suscipe benignissimè. Hoc ut felicitatis, ita voti mei unicum nunc caput est.

Scribebam Lutetiæ 4. April. Anno Christi. M. DC. XXX.

C. T. O.

C.

Johannes Limnæus.

LIBER QUARTUS
IURIS PUBLICI IMPERII ROMANO-GERMANICI:

Quo tractatur

DE ORIGINE DIGNITATUM ILLUſtrium, de juribus, atque oneribus Principum, ſtatuumque Imperii, in genere, de ſeſsionis prærogativa.

AUTHORE

JOHANNE LIMNÆO JENENSI.



ARGENTORATI,

Sumptibus PAULI LEDERTZ Bibliopol.

ANNO M. DC. XXXI.

LIBER QUARTUS, DE ORIGINE, DIGNITATE, JURIBUS, itemque oneribus Principum Imperii.

CAPUT I.

De dignitatum prælustrium origine.

SUMMARIA.

1. Illustrium dignitatum tituli, an à Romanis, an vero à Germanis inventi.
2. 3. 4. Pro Germanis qui concludant.
5. Qui pro Romanis.
6. Authoris opinio.
7. Officiorum tituli facti hæreditarii.
8. Ejus nonnullæ dantur rationes.
9. Vulteii opinio exponitur.
10. 11. Atque rejicitur.
12. Nobilis in uno Regno, idem an in alio Nobilis.



LLUSTRES in Imperio dignitatum titu- 1.
li, utut nulli incogniti esse possint, attamen an solo omnes in patrio enati, an in idem aliunde invecti, ac ut alii volunt, à Romanis gentium & orbis dominis mutuo recepti fuerint, non sine ratione est, quod dubitanter hæreamus. André Favyn *de pre-* 2.
miers officiers de la couronne de France liur. 1. chap. 4. pag. 35. pro Germanis est. *Il y a beaucoup, ait, d'apparence que les Romains avoient tiré & emprunté l'usage de dignités des Ducs & Comtes des anciens Allemands.* Cluverius postquam *lib 1. antiquæ Germaniæ c. 13. pag. 111.* digni- 3.
tatum vocabula Ducis, Comitis &c. imperite nostros homines à Romanis habere, scripserat, eodem libro *cap. 48 p. 375.* ad idem rediens argumentum, affirmat, Romanos olim ut multa alia à Germanis mutuatos, sic hos quoque militiæ titulos, in suam disciplinam assumpsisse, præfectos provinciarum Ducum, Comitumque adficientes vocabulis. Cujus & opinionis dum Rutgerus Rulandus *de commissar. part. 2. l. 5. cap. 4. n. 26.* & alii

& alii cum prædictis sunt, unanimi quasi conatu Taciti locum ex libro de situ, moribus, & populis Germaniæ, adducunt illum, ubi eliguntur in iisdem consiliis & Principes, ait, qui jura per pagos, vicosque reddunt. Centeni singulis ex plebe Comites consilium simul & auctoritas adsunt. Et paulò post: Gradus quinetiam & ipse Comitatus habet, judicio ejus, quem sectantur. Magnaque & Comitum æmulatio, quibus primus apud principem suum locus: & principum, cui plurimi & acerrimi Comites. Et rursus: Cum ventum in aciem, turpe Principi virtute vinci; turpe Comitatui, virtutem Principis non adæquare. Iterum: Principes
5. pro victoria pugnant, Comites pro Principe. Christophorus Colerus *parerg. c. 27.* & qui eum sequitur, Besoldus *dissertatione de Comitibus & Baronibus Imperii num. 1.* hisce nec quicquam permoti, in eo persistunt, mentionem Comitum creberrimam in constitutionibus Imperatorum, aliisque passim scriptoribus celebrari, antequam Gothi & Longobardi, aliæq; Germaniæ nationes ista in loca sese examine ingenti effudissent; nec etiam verisimile videri, Romanos Imperatores ad normam Barbaricæ gentis, aulam suam instituisse, Comitesque Romanorum à Comitibus Germanorum, sed hosce potius ab illis nactos fuisse originem atq;
6. occasionem. Abstrusa mihi rei veritas, nec tamen probum & ad applausum illud habeo, Majores nostros, quos partim odio persequebantur, & bello exercebant, partim, confusam & rudem famam si excipias, ne noverant quidem, specula virtutis habuisse, & quos sequerentur patronos. Sanè quos Romani barbaros, illi vix Romanos alio æstimasse loco, quàm quo ipsi ab illis, credibile contra fortassis, quod Romanos ratio, & longior belli usus docuerat, idem & nostros schemate parum diverso, no-
7. mine licet & cultu diversissimo. Ut autem ab initio, ita & longo post tempore Ducis, Marchionis, Comitis &c. officiorum fuerunt magis, quàm hæreditaria nomina. P. Bizarus *lib. 3. histor. Genuensis lib. 3. p. 64.* Hæcque officia ad nutum, ut Nicol. Cusanus *lib. 3. de concordantia Cath. cap. 28.* loquitur, removibilia. Donec tandem à Carolo Magno, vel ut alii, ab Ottone I. & in Gallia ab Hugone Capeto dignitates istæ temporariæ antea, post perpetuæ effectæ, tales hucusque perduraverunt. Choppinus *de domanio Franciæ lib. 1. t. 5. n. 17. & 20.* Paurmeister *de jurisdict. lib. 2. c. 10. num. 8. & 9.* Hilliger ad Donell. *lib. 17. c. 9. lit. b.* Alexander olim Severus terras, quas ab hoste ceperat, limitaneis Ducibus dedit, ac militibus, ita tamen, ut eorum essent, si ipsorum hæredes bellica pariter
8. munia obirent. Attentius autem eos dicebat militaturos, sua etiam rura defenderent, ut Lampridius author est. Divus quoque Constantinus lege cavit, ut agri & oppida Comitibus, Ducibus ac tribunis emeritis, non

non modò attribuerentur in victum, & parochiæ, quasi præbendæ, sed ad ipsorum hæredes transmitterentur. Choppin. *d. l. n. 16.* Nostris Imperatoribus, easdem ob rationes, præsertim verò postquam generosas sibi elegissent hæc ad munia familias, quarum virtuti suppares hæredes haud ineptè colligebant, eosdem visum fuit imitari, & quod ambulatorium prius, ac fortunæ ad rotam mobile, hæreditarium & certum constituere. Cumque tractu temporis, uti vices humanæ sunt, nonnullæ præ electis & familiis, ex rerum natura exemptæ fuissent, Imperatorum alii, quos tunc series dabat, in locum harum alias eadem perennitate successionis observanda, substituerunt. Priusquam autem in singulas harum dignitatum inquiram plenius, minuenda mihi videtur, viri de jure aliàs meritissimi Hermanni Vulteij opinio, quam *lib. 1. de feudis c. 4.* 9.
circa fin. p. 52. exposuit. Arbitratur ille, dignitates hasce majores Ducum, Comitum &c. non, nisi Romanis civibus competere, nec aliunde jure ullo præter Imperatorem parentem & causam habere: *c. 1 de feud. march. l. 1. Feud. 14. & cap. 1. quis dicatur Dux. 2. F. 10.* Non etiam alios Reges extra Imperium Romanum, ut maximè superiorem non recognoscant. Sanè dicuntur hi quidem posse, subjungit idem, in suis Regnis, Duces, Marchiones, & Comites creare, ut tradunt Alvarottus *in c. 1. vers. nota, quod collationes de feud. march.* Zasius *de feud. part. 5. n. 4 &c.* verum ut isti creati in suis Regnis pro Ducibus, Marchionibus & Comitibus habeantur, non tamen in Imperio Romano. Et quod in Imperio Romano primitus fecit Imperator in hisce dignitatibus constituendis, id postea secuti sunt alii extra Imperium Romanum, qui videbantur sibi, si non majus, at certè par in suis Regnis habere Imperium. Sunt etiam nonnullæ civitates, ut Venetiæ & Genua, quæ cum caput sibi eligunt, dicuntur elegisse Ducem, quod Ferrar. *in c. 1. §. quod autem de feudo Marchiæ* scribit, fieri usurpata consuetudine ab Imperatore Romano tolerata. Verùm reverà duces illi non sunt, sed tantùm caput in ejusmodi politiis inter alios eminentia. Hactenus Vultejus. Cui illud equidem concedo, in Imperio nostro solum Imperatorem Duces, Marchiones &c. creare, atque 10.
ita eò feudales, ut ipse, quod videtur, traho sanctiones, ad alia autem eadem non extendo Regna, nisi eo sensu, quo quilibet suo in Regno superior sub nomine Imperatoris aut principis venire potest, ubi liberè & jure Regalia æquè ut in Imperio Imperator exercet. Quod idem tamen rursus negat Vultejus *d. lib. 1. c. 5. n. 6. p. 68.* ubi ex mente Ill. Hem. & Alvarotti in *c. 1. quæ sunt Regal. docet*, Regalia hodiè Regibus, aliis usurpatione quadam competere, cum aliàs si de jure loqui velimus, regalia non nisi Imperatori conveniant. Vetustissimè mortalium nulla adhuc mala 11.

 libidine,

libidine, sine probro, scelere, eoque sine pœna aut coërcitionibus agebant, neque præmiis opus erat, cum honesta suapte ingenio peterentur, & ubi nihil contra morem cuperent, nihil per metum vetabantur. At postquam exodi æqualitas, & pro modestia ac pudore, ambitio & vis incedebat, provenêre dominationes, multosque apud populos æternùm mansêre. Quidam statim, aut postquam Regum pertæsi, leges maluerunt, ait Tacitus *lib. annal. p. mihi 77.* Brevius JCtus *in l. 5. ff. de I. & I.* ex jure gentium, scribit, condita regna. Illa primum sine dubio inter se adeò erant separata, ut licet ratione politiæ, ex communi ratione hominibus indita, multum inter se convenirent, attamen superioritatem si spectes, unum alteri ne hilum cederet. Posteaquam verò belli jure, aut spontanea submissione inter hæc conjunctio cœpit, eò tandem ventum est; ut ex quamplurimis unam in massam redactis, ingens consurgeret monarchia, seu longè latéque patens Imperium, non tamen usque eò, ut quasi circulari ambitu totum complecteretur orbem. Fuere enim quamplurima alia, si non tàm excellentia nomine & latifundiis, re ipsa tamen & libertate non longè majoribus istis inferiora. In utrisque necessitas docuit, utilitasque suasit, eorum, quorum virtus & merita altius quiddam spirare viderentur, dignitatis gradu à communi plebe secernere, magistratibusque ornare. Cum tamen una gens paci, altera bellis esset dedita, prætereaque & genio & ingenio differrent, una non potuit omnium similis surgere politia. Et etiam inter easdem, quæ vel communi naturæ ductu, vel alterius ad exemplum se conformarunt, cum idiomate & lingua different, differentia in eo fuit, ut licet, hi magistratuũ gradus eâdem potestate & facie, qua alii sibi constituissent, cum tamen iidem alio, quàm alibi compellarentur nomine, quæ re conveniebant, nomen distraxit. Quicquid erat, eadem omnibus & libera potestas, quæ alterius, non subjecta jugo, vel proprii quid constituere, vel aliorum sequi vestigia. Utroque enim modo ad utilitatem suam. Unde sive Romani à Germanis, sive hi ab illis, sive neuter ab altero, Ducum, Principum, Comitúmve dignitates & gradus mutuati fuerint, parum intererit. Uti & consequenti seculo posito alios populos extra Imperium, ad illius exemplum se conformasse, nec quicquam superioritatem suam iverunt imminutum, sed potius illud, quod civitatis Romanorum erat, quasi gentium, aut ad minimum sibi commune fecerunt. Exemplum in re convenienti habemus Romanos, qui à Græcis civitatibus leges petierunt, iis postea usi salvâ majestate suâ: *l. 2. § 4. ff. de O. I.* Consensu doctiorum approbatum novimus, acceptilationem actum esse legitimum, & juris civilis figmentum *l. Actus. 77. ff. de R. I. § per acceptilationem*

tionem *Institut. quibus modis tollitur obligatio* Gœdd. *de contrah. stipulat. c.2.* Cujac. *5. observat. c. 36.* attamen eadem cum gentibus postea cœperit esse cognita & frequens, ratione usus à JCto juris esse dicitur gentium: *l. 8. §. ult. ff. de acceptilat.* Anton. Faber. *in jurisprud. papin. t. 2. pr. 4. illat. 1.* Undè rectè Cujacius *ad l. 1. §. eadem. ff. de V. O.* notavit, fieri interdum posse, ut quæ juris civilis sunt, quodammodo in jus gentium commutentur. Contra quoque & illud contingere posse, nostra nos docent jura, ut quod juris erat gentium, proprium alicujus civitatis reddatur. Talis, ut alia involvam silentio, patria est potestas, quæ juris sine dubio gentium, *l. 195. §. familiæ appellatio. ff. de V. S.* Aristotel. *8. Ethic. 2.* Civium tamen Romanorum propria facta *§. jus autem. 2. Instit. de pat.* potest quatenus scilicet illi, quæ juris erat gentium, aliquid addidit, vel detraxit *arg. l. 6. in pr. ff. de I. & I.* Eundem admodum posito dignitates supra dictas juris esse civilis Romani origine, usu sanè, si non juris apparent gentium, attamen juris erunt civilis Gallorum, Anglorum, Hispanorum, quos apud omnes istæ in usu, ut maximè civium Romanorum non gaudeant titulo. Nec obstat, quæ differentia est inter nostros Duces, Comites &c. & prædictarum nationum. Qualitates namque intensiores, aut remissiores, substantiam quidem alterant & afficiunt, non tamen evertunt. Vera est potestas patria apud gentes, vera etiam apud Romanos, illa licet ad perfectionem hujus in omnibus non accedat. Veri sunt Duces in Imperio Romano, veri extra Imperium alibi, hi licet ad perfectionem illorum non omnes pertingant. Durum itaque dicere hos, quibus creati in Regnis, pro Ducibus haberi, in Imperio Romano minimè. Planè 12.
quod nonnulli *arg. l. ult. ff. de jurisd. l. cum alius. 12. §. pen. ff. de reb. auctor. judic. possid.* scripserunt, nobilem uno in Regno, non statim habendum pro nobili in Regno alio: Br. *in l. 1. col. 7 vers. examinemus. C. de dignitat.* Bl. *consil. 387. col. 1. lib. 1.* Gaspar. Beat. *de inop. debitor. cap. 16. num. 108.* materiam injuriarum suggerit, & mutuam Regnorum reverentiam enervat. Gentium enim hoc ex jure est, ut Regna se invicem comiter habeant, & observent. Contra si constituerimus, nec nostri Duces alibi in Regnis pro ejusmodi habebuntur, eadem ratione, qua in Imperio nostro illorum Duces pro talibus non agnoscimus. Et rectè. Summam enim æquitatem & sine cujusquam indignatione jussam habet trita Regula, quod quisque juris in alium statuit, eodem ut ipse utatur, *l. 1. & tt. ff. quod quisque juris.*

CAP.

CAPUT II.

De Principis nomine latino, & Germanico Fürst.

SUMMARIA.

1. Vocabulum principis varii est significatus.
2. Princeps Senatus, qui dictus.
3. Princeps juventutis.
4. Tò princeps, quam variè hodie usurpetur.
5. Ejus significatus Generalis.
6. Significatus specialis.
7. Noldenii opinio.
8. Principis titulo qui utantur apud Gallos.
9. Imperator dicitur princeps per excellentiam.
10. Et alii superiorem non recognoscentes.
11. Fürst unde dictus.
12. Principes Imperii duplices.



1. Eteribus latinis princeps primùm idem, qui primus, ac præcipuus erat. Cæsar. *lib.* 1. *de bello Gallic.* postea cancellis primariis perruptis, duplici notione usurpari cœpit, ut modò τὸν πρῶτον, ut antea, modò τὸν ἄρχοντα designaret: Casaubon. *exercitat.* 5. *ad annal. Baron. dia-*
2. *tribe* 12. Hinc principem Senatus eum dictum accepimus, qui primum lectus, dignitate omnes magistratus anteibat, & si nec Imperium, nec potestatem haberet: Zamoiscus de Senatu Romano *lib.* 1. *p.* 18. Lazius de Republ. Romanor. *lib.* 3. *c.* 17. *pag.* 355. Hinc principes Africæ dictos olim Carthaginenses videmus: Lipsius *1. Elector. cap.* 18. *p.* 99. Hinc principis quoq; juventutis titulus, in ordine Equestri amplissimus. Sic etenim Perseus Macedoniæ Rex &c. apud Livium *lib. LXII.* de suæ victoriæ gloria jactitans, in concione militari, Victos ait, Romanos equites, illos principes juventutis, equites

Civitatis princeps, id est, magistratus. l. 15. §. 9. ff. de excusat. tut.

3. Seminarium Senatus: Inde lectos in patrum numerum, consules inde & Imperatores creari dicens. Et M. Tullius in oratione quadam L. dominum Ahenobarbum vocat juventutis principem, tanquam maximæ expectationis juvenem. Atque in oratione pro Sylla, L. Torquatum principem & signiferum juventutis, honoris causâ, nominat. Hunc titulum postea Imperatores Romani, mutata Reipubl. forma, pro suis tantum filiis usurparunt, ut honoratissimum pro juventute nobili: quod

quidem

quidem Augusti primum auspiciis cœptum fuisse constat; qui cum pueros nepotes duos ex Julia filia sibi adoptasset, translatosque in Juliam domum mutatis nominibus Caium & Lucium Cæsares appellasset; eos tenerâ adhuc ætate in equestrem ordinem retulit: qui mox ab eodem ordine clypeis aureis hastisque donati, & principes juventutis appellati sunt: quemadmodum nummi tunc cusi atque veterum marmorum elogia multa testantur, & ex Tranquillo, atque Dione Cassio colligimus: Pighus *in Hercule prodicio p.423.* Nostro usu observatum teneo, 4.
Principis vocem, quatenus ad ἀρχείας refertur, & generale nonnunquam, & speciale aliquando, denique & specialissimum esse. Generali significatu Principis nomine contineri, ait Martha *de jurisdictione par. 1. cap. 36. num. 7.* non solùm Monarchiam, sed etiam Democratiam, vel A- 5.
ristocratiam, vel mixtam administrationem, allegans ad hoc *c. ille gladium 23. q. 4.* quod nihil tamen ejus rei meminit. Et in nostra politia contineri generaliter accepimus, omnes illustres personas, ut Duces, Marchiones, Comites, Barones quoque tenentes castra, aut civitates cum Regalibus; ex Isernia & Afflicto Tiber. Decian. *consil. 2. n. 164 lib. 1. & lib. 3. consil. 19. num 224.* ait: Principem posse in genere capi pro quocunque habente merum & mixtum Imperium. Sixtin. *de Regal. lib. 1. c. 4. num. 37.* Specialiter verò tantùm de iis, qui de Principatu, einem Fürstenthumb/ ab Imperatore, unà cum dignitate deß Fürsten / investiti & decorati sunt. Tales habemus Principes Ascaniæ, die Fürsten von Anhalt/ Principes Sueviæ Austriacos, Principes Rugiæ, Pomeraniæ, Duces & Marchiones Brandenburgenses, Principes Vandalorum, Megapolitanos Duces, Fürst zu Stabell/ Electorem Moguntiensem &c.† Paurmeister *de jurisdict. lib. 2. cap. 9. num. 7.* Nolden *de Nobilit. c. 8. num. 130. & seq.* 6.
scribit, nomen hoc speciale Principis solis Anhaldinis, & reliquis Co- 7.
mitibus principificatis, utpotè Principi à Schaumburgk attribui. Licetque multi (ut modò diximus) à certe regione & provincia Principes vocentur, simpliciter tamen & sine adjuncto Principes non esse, sed Marchiones, Archiduces, Archiepiscopos &c. sed & hæc exiguæ utilitatis subtilitas, modò sciamus, hoc nostro significatu speciali quem esse Principem, nec tamen vi ejusdem, Ducem, Comitem, Marchionem &c. & versa vice, prostare nonnullos Marchiones, Archiduces &c. qui harum di-

† *Dux Ferrariæ titulum Principis carpi habet Decianus* consil. 19 n. [illegible] *vero Principat... specialiter & simpliciter ita appellatus, tanti nonnullis ... Principes de con... in alibus locis, & præcipue Neapoli præcedant non solùm Comites, sed & Duces & Marchiones.* Tiber. Decian. de probat. lib. 2. c. 37. n. 10. [illegible] *vocaverunt Principes Abusive: sic ut Matth. de Affl.* in cap. 1. [illegible] t. quis dic. Dux.

gnitatum conſequentia non ſint Principes, licet alio reſpectu abſurdum
8. non ſit, & eoſdem quoque Principis uti titulo: In Gallico Regno *le nom & la qualitè de prince n' appertient qu' aux princes du ſang, & abſoluement celuy de prince, au premier (e. g. Monſ. le prince au jour d' hu[illegible] eſt à dire le prince de Condè) Nom rara, heroique & di[illegible] d' excellente odeur, le miroir de plus grands, & le luſtre de leur honneur, reſerue pour les enfans des Rois aux entre Royaumes.* Rulman harangue. *5. p. 66.* nomen principis nullis, niſi ſanguinis regii Principibus competit, & abſolutè Princeps dicitur inter eoſdem ſupremus. (Exempli gratiâ Monſr. le Prince, hodiè apud Gallos eſt Princeps Condeus) Nomen rarum, heroicum & divinum, excellentiſſimi odoris, ſpeculum maximorum, ſplendor honorum, aliis in Regnis filiis Regum reſervatum. Idem apud Thuanum inculcatum *lib. 25. hiſtor. p. m. 756.* ante omnia ſcil. conſtare Principis nomen nuſquam in Gallia tributum, niſi iis, qui per mares à Regibus Galliæ originem repetunt. Itaq; Petrum Lizetum Curiæ Principem, dum publicè jus diceret, patrono Guiſianorum, qui Principes eos nominabat, palam altâ voce dixiſſe, actis publicis Principis nomen non niſi Regiæ proſapiæ Principibus tribui moris eſſe. Famam inſuper conſtantem eſſe, Franciſcum Borbonium, Fani Pauli Comitem cum Guiſium ſeipſum Principem appellantem indignabundus cerneret, ad aſtantes jocosè reſpondiſſe, Guiſium Germanicè linguâ Gallicâ loqui. Licet verò apud Gallos quidem nominentur Principes, hoc tamen ſolùm feudatariæ poſſeſſionum dignitati verius, quam perſonarum celſitudini eſt inditum: Renat. Choppin. *ad LL. Andium t. 6.*
9. *in pr.* Specialiſſimè & ſecundum excellentiam Princeps vocatur Imperator, ut ſuo ſuprà diximus lo[illegible] et quandoq; cum adjuncto, Romanus Princeps, ut *in pr. proem. Inſtit.** & in literis Sigiſmundi Imperatoris ad Concilium Baſilienſe, quæ extant *p. 25.* Der frage / ob die Röm. Kayſ. May. in ſachen Fürſtethumb ꝛc. Eodem ſenſu Principis nomen omnibus Regibus, civitatibus liberis, aliiſq; ſuperiorem non recognoſcentibus
10. cõpetere refert Tapia *in rubr. ff. de conſtit. princip. c. 1. n. 9.* ** Nos Germani Principis vocem latinam exprimimus per Fürſte oder Forſte / origine cum Latiis æquali. Förſte enim per contractionem factus der Förderſte / id eſt, primus. Et adhuc hodiè apud Danos, Suedos atq; Norvegios Förſte / pri-
11. mum numero ſignificat. Huc quadantenus reſpexit compilator deß Schwabenſpiegels *lib. 1. c. 141. §. 6.* der Fürſt heiſt davon ein Fürſt / das jhm der König das Fürſtenambt leihet mit ſeiner handt / vnd leihet es der

* *Gewoldus* de Sacri Romani Septemviratu c. 7. p. 125. *ſcribit, Electores olim Principes fuiſſe dictos abſolutè & per excellentiam.*

** *In Hiſpania qui mortuo parente Regnum adepturi ſunt, Principes appellantur. Tholoſan.* Syntagm. jur. lib. 18. c. 2. n. 20.

König

König einem / vnd leihet es der fürbaß eim andern / der mag nicht Fürst davon heissen/ das ist davon / daß er der forderste an dem Reich nicht ist. Erant ergo linguæ dignitatumq; in Germania antiquarum imperiti, illud derivantes à verbo führen/ id est, ducere, quasi Fürste dictus ein führer / dux seu ductor exercitus, qui tamen Germanis vocabatur à reipsa ein Hertzog: Cluverius *d. lib 1. antiq. Germ. c. 38. p. 319.* Ratione ordinis seu qualitatis à genere functionis deducta. Duplices in Imperio habemus Principes, Laicos videlicet & Ecclesiasticos, Episcopos dictos, qui eadem superioritatis jura, quæ Duces, Marchiones &c. ab Imperio habent, Gail. *1 observat. 30.* & inter eosdem nonnulli præter Episcopatus, etiam alia illustria feuda. Coloniensis inscribitur Dux Angariæ & Westphaliæ, Argentinensis Landgravius Alsatiæ, Herbipolensis Dux Franconiæ, Virdenensis Comes Virdinensis, Cameracensis Dux Cameracensis, Constantiensis Baro de Reichenau &c. Paurmeister *d. l. n. 8.*

CAPUT III.

De Origine & significatu vocis Dux, seu Hertzog.

Ferè omnium nominum plures origines & tanquam natales assignari possunt. Scipio Gentil. de origin. in pr.

SVMMARIA.

1. Dux à ducendo dictus *d'autant qu'ils doivent conduire & monstrer le chemin à leurs gens, ou ce qu'ils doivent faire:* Claude Fauchet *del' origine des dignités ... de France liur. 2. chap. 2. pag. 47.* quod ... commissos, atque iisdem viam & iter monstrare, ... Vel à deducendo in hostilem agrum exercitum: ... Zelandia, ...

Zelandia, apud Scriverium *in Batavia illustrata p. 157.* Nobis Germanis
3. Heer significat exercitum, Zog verò, q. Ziher/ Dux, quippè ziehen/ vel zigen est ducere, & zog/ sive zug/ notat expeditionem. Variantibus autem dialectis Tog/ & Tug/ unde ipse Dux hodieque superioribus Germanis dicitur Hertzog / inferioribus Hertog / Septentrionalibus, id est, Suedis, Danis, atque Norvegis Hertug: Cluver. *lib. 1. antiq. Germ. cap. 46. p. 367.* Sed & alia vocis Heer nobis significatio est, qua communitatem hominum notamus, (hinc Besoldus 1. *polit. 12. n. 4.* deducit Heerweg / viam communem & Herberg/ (diversorium seu receptum communem, darein sich ein jederman verbergen kan) & exinde Hertzog Dux communitatis: attamen communitatis Dux esse haut meretur ille, qui exerci-
4. tum cum laude ducere nequit, Gorop. *l. 7. hermathen. p. 169.* Apud nostrates olim delegebatur Dux à multitudine, in publico Concilio, sententiis collatis. Delectus deinde scuto imponebatur, atque in sublime humeris sustinentium elevatus, in gyrumque circumactus, Dux belli
5. decreti salutabatur: Cluverius *d. l.* Apud Romanos quoq; primum Ducis nomen magistratum significabat militarem *l. 5. §. 1. ff. de pact. l. 2. §. 1. ff. de his qui not. infam. l. 3. §. 15. l. 4. in pr. ff. de re militari.* Tranquillus *in Nerone cap. 38.* domus priscorum Ducum arserunt, hostilibus adhuc spoliis adornatæ. Ex milite gradatim ad honores conscendente Tribunus, postea Dux, deinceps legatus (de quo videndus Lipsius *de milit. Roman. lib. 2. dialog. 11. p. 135.*) fieri poterat. Quamquam verò hoc modo Dux specialiter dicebatur is, qui major Tribuno, minor verò legato erat, nihilominùs generali significatione etiam Tribunis & ipsis quoque lega-
6. tis nomen tribuebatur Ducis. Postea cum Romanum Imperium irruptionibus exterorum vexaretur, Imperatoris bellis continuis implicati, quasi necessitate coacti, administrationem & tutelam provinciarum mandaverunt ducibus, & illis, qui antea bello præfecti fuerant, idque majori confidentiâ, ut quorum fidem & industriam tempore præterito satis comprobatam habuerant. Atq; hoc modo Dux, qui primum bellicæ rei fuerat præfectus, incipiebat haberi gubernator, seu administrator, & postea successu temporis, Princeps. Locum primum, quo mihi videor legisse Ducem pro gubernatore acceptum, habeo illum Vopisci in vita Imperatoris Benosi, quando ait, hunc Imperatorem antea fuisse Ducem Marchæ Rhæticæ. Cassiodorus *lib. 6. & 7. epistolar.* inter omnes provinciarum administratores, quorum facit mentionem, unici tantùm
7. Ducis Rhætici meminit. Unde errorem non erravero prægnantem, & nullum fortassis, si credam, apud Romanos primùm hac in provincia nomen Ducatus pro Gubernatione cœpisse. Factum hoc sine dubio pro-

pterea,

pterea, cum provincia hæc Germaniæ q. oſtium eſſet, ex qua indies novi aliquid mali Imperio accreſcebat. Id ut præcaverent Imperatores, exercitus ſui præfectum aliquem ſtrenuum eò allegarunt, provinciæ ſuâ qui conſuleret induſtria, nec non militiæ ea in parte caput eſſet. Conſimilis neceſsitas deinceps quoque Romanis cauſam præbuit, etiam aliis in locis hanc inducere politiam, & Ducum gubernationem. Bellis enim hinc inde diverſis à nationibus agitati, civitatum curam Ducibus concredere coacti. Prima ferè diſtributio facta tunc fuit, cum Totila Rex 8.
OſtroGothorum duplicata vice Romanorum profligaſſet fudiſſetque exercitum. Scribit enim Procopius *lib. 3.* Romanos ſecundâ clade adeò attritos, ut milites rus & agrum relinquere coacti, in civitates ſe receperint, ab hoſte ut eſſent tutiores. Additque idem author, tunc temporis Duces, & exercitus præfectos, defenſionem civitatum inter ſe quaſi diſtributione facta ſuſcepiſſe, Conſtantinum Ravennæ, Johannem Romæ, Beſſum Spoleti, Juſtinum Florentiæ, Cyprianum Peruſiæ. Hoc poſtea fuit continuatum, Oſtrogothis cæſis, & repreſſis à Narſete. Poſtquam enim revocato Narſete, Longinus Italiam præſes adiit, novâ inſtitutione in locum præfectorum, qui antea civitatibus dati fuerant, Duces & Capitaneos poſuit; Bulenger *de Imperio Romano lib. 4. cap. 73. p. 485.* ut hi quemlibet in officio continerent, ſimulque hoſtium incurſionibus reſiſterent. *Ipſe verò ſedem ſibi voluit Ravennam, nomen verò Exarchi.* Ut autem rerum eſt circulus, Duces hoc modo civitatibus 9.
dati, pedetentim ex gubernatoribus principes facti, ut exemplo nobis eſſe poſſunt inter primos Longobardi. Hi enim ſecundum Paulum Diaconum & Sigonium de Regno Italiæ *lib. 1. p. m. 9.* mortuo Clephone Rege ſecundo, habito conſilio impoſterum abſtinendum à Regibus decreverunt, atque ex communi ſententia rem univerſam [illegible] Ducibus permiſerunt, adeò ut decem per annos quisque ſuam urbem vel civitatem ſuam regeret, & ejusdem uteretur reditibus. Quibus exactis, cum iterum Regem ſibi conſtituiſſent, quilibet Ducum, dimidiam redituum partem Regi ceſſit in dominium, alteram ſuo ſibi reſervans jure. In Germania quâ varietate Ducum conditio & dignitas fuerit agitata, certa mihi non uſque adeò ſunt veſtigia. Stephanus Pasquierius, in 10.
cujus recherſes de la france liur. 2. c. 12. hactenus [illegible], p. [illegible] ſcribit, Francos, Galliâ ſubactâ, à Romanis [illegible] Ducibus uti pro provinciarum gubernatoribus, poſtea familia Clodovei extincta, [illegible] *des palais*, palatii præfecti poteſtatem regiam ſibi tranſcripſerunt quam hæreditariam, ita Duces ad idem allaborâſſe. Legimus tempore Caroli Martelli, Ducem Gaſconiæ, & alterum Aquitaniæ, Ducatus ſibi hære-

ditarios asserentes, superiorem Regem Franciæ non agnovisse! imò nonnullos Ducum Regium sibi nomen ratione provinciarum attribuisse: Eos tamen omnes postea per Carolum Marcellum, Pipinum, Carolum Magnum & ejus filium in ordinem fuisse redactos. Horum itaq; tempore Duces, qui Regno continebantur Francico, gubernatores provinciarum fuerunt, eo singuli nomine, cui præfecti. Extra verò Regnum in provinciis remotis, quæ tam facili jugo non poterant teneri, duplices conspicui erant. Alij Ducatum possedebant, in vicem patrimonij, ita tamen, ut eum acceptum ferrent Regi. Alij æquè, ut priores illi ipsius in Regni
11. visceribus, tantùm gubernatores erant. Declarat hoc locus Theodulphi, ubi manuscriptum habet, Tassilonem in Ducatum Bojojariorum collocavit per suum beneficium: Pipinus autem Rex tenuit placitum suum in compendio cum Francis, ibique Tassilo venit Dux Bojojariorum in vassatico se commendans, sacramento jurans, multas & innumerabiles reliquias sanctorum per manus imponens, & fidelitatem Regi Pipino promisit & filiis ejus, scilicet vassum recta mente & firma devotione. Et Aymonius 4. *histor.* meminit Grimoaldi Ducis Beneventani in Italia, qui Imperatori Ludovico Pio annuatim contribuebat septem scutatorum millia. Nihilo tamen ominus in eadem Italia restabant alij Duces, gubernatores tantùm, ut idem nos docet author dicto libro, quando refert, Saponem Ducem Spoletarum mortuum, inq; ejus locum Lu-
12. dovicum Pium immisisse Atalardum Comitem palatij sui. Carolo autem Simplice regnante, occasione ætatis nondum adhuc firmatæ & judicij crudi, quilibet Ducum, Comitumq; ita sibi prospexit, ut per ruinam Regis consurgeret, & titulo gubernatoris provinciæ, aut civitatis sibi assignatæ, reditus & dignitatem lucraretur. Vnde postquam Hugò Capetus occupasset Regnum, complures reperiebantur Duces, Comites & Magnates, qui dignitate cum eodem quasi concurrebant, qui postea tempore expeditionis Hierosolymitanæ à Ludovico Crasso, & tandem aliis, maxima ex parte reformati, Ducatibus & Comitatibus
13. coronæ rursus addictis & incorporatis. Hæc unio aliam Ducatuum peperit formam & esse. Ne enim hoc modo Reges viderentur ex asse antiquas sustulisse dignitates, quibus Regnum illustrius apparebat, vel minimis etiam ex civitatibus & burgis ac dominiis, sola inclinatione, Ducatus & Comitatus fecerunt. Ita, si verum dicere amaverimus, ut Duces & Comites hodierni tantùm imaginem & umbram habeant eorum, qui fuerunt tempore Hugonis Capeti. Atque hæ sunt notabiles Ducum variationes, ex Capitaneis, qui facti gubernatores provinciarum, postea parum inæquales Regibus, deniq; in ordinem redacti multò illis inferiores. Pasquierius d. l. Fuit quidem *Anno* 1579. edictum confectum
Regi-

Regium, quod tamen *n'a estè verifiè qu'au parlement de Bretagne, que suivant l'arrest du priuè conseil du 10. Mars 1578. est defendu publier aucunes erections de Seigneuries en nouuelles dignitez sinon que les Seigneuries, aux quelles sera attribuè nouuelle dignitè soient de la qualite requise. Ascavoir que la terre, qui sera eregeè en chastellenie ait d'anciennitè justice haute, moyenne & basse, droit de foire, marchè, prevostè, peage, & preeminence sur toutes Eglises estans au dedans de la dite terre. Que la Baronnie sera composeè de trois chastellenies pour le moins, qui seront unies & incorporées ensemble, pour estre tenuës à un serel hommage du Roy. Que le Comte aura deux Baronnies & trois chastellenies pour le moins, ou une Baronnie & six chastellenies, aussi unies & tenuës du Roy. Que le Marquisat sera composè de trois Baronnies, & de trois chastellenies unies & tenuës come dessus &c. Edit que meriteroit bien estre verifiè par tout, & soigneusement observè, pource que la douceur de nos Rois, qui ne veulent refuser aux seigneurs de leur Cour ces litres d'honneur, à desia receu & erigè tant de Seigneuries de dignitè, que ces beaux litres sont desormais beaucoup avilis & sur le nombre qu'il y en à en France, & par la communication qui en a estè faicte à des Seigneuries fort chetiues. Charles loyseau des Seigneuries chap. 4. p. 94. n. 27.* hoc est, quod tamen in solo parlamento Britanniæ approbatum, quod secundum placitum consilij privati 10. Martij An. 1578 prohibet, publicare quascunq; ditionum in novos principatus erectiones, nisi illa dominia, quibus nova attribuenda dignitas qualitatis sint debitæ. Scilicet, ut terra, quæ debet in Castellaneatum promoveri, ab antiquo obtineat, imperium maj', medium & infimum, jus nundinarum, mercatus, pręfecturæ, vectigalis & præeminentię supra omnes in Ecclesiis qui dicta continentur terra. Ut Baronatus sit compositus tribus Castellaneatibus ad minimū, qui invicem conglutinabuntur, & unam re ligentur quasi in massam, ut unâ fidelitate habeantur à Rege. Comes ut habeat Baronatus duos, & tres ad minimum Castellaneatus, aut Baronatum unum & Castellaneatus sex, similiter unitos & à Rege obtentos. Marchionatus ut sit conflatus ex tribus Baronatibus, & tribus Castellaneatib' unitis & obtentis, ut supra dictum. Quod edictū meritò ubiq; approbandum & observandum summo esset studio. Nostrorū quippe Regū benignitas, qui denegare illis, qui aulam sequuntur, absq; repulsa titulos honorū necessit, & jamdudum tot principat' constituit, ut egregij si tituli multū à splendore suo degeneraverint, & propter amplitudinem numeri, quem Gallia fovet, &

propter communicationem, quæ facta est dominiis & terris fortunæ te-
15. nuioris. De jure feudali Dux ille habetur, qui de Ducatu à Principe summo est investitus, hoc est, cui Princeps in beneficium regionem aliquam, quæ Ducatus nomen & characterem habet impressum, concessit, primis temporibus ad vitam, postea in perpetuum. 1. F. 1. §. 1. *c. 1. quis dicatur Dux* 2. F. 10. Hoc sensu potissimum in Imperio nostro splendent Duces Saxoniæ, Brunsuicenses, Luneburgenses, Pomeraniæ, Mechelburgici, Bavariæ, Würtenbergenses, Lavenburgenses, Subaudiæ, Lothoringiæ, Holsatiæ &c. Talis cum non videatur Reipubl. Venetæ Dux,
16. placuit Vultejo, loco supra citato *lib. 1. de feud. c. 4. n. 14.* eum pro vero non agnoscere Duce, sed tantùm pro capite in ejusmodi politia inter alios præeminente. Nam Ducem Venetorum quod attinet, ait Nolden *d. c. 8. n. 146. 15.* in pompa tantùm Princeps est, in curia senator, extra urbem reus, in urbe captivus; peregrinari enim sine venia non potest. Aliud aliorum est judicium. Audiamus, si placet Josephum Mat-
17. theaccium ragionam. *polit. 1. pag. 2. Il doge di Venetia puo essere annovera to fra i. sommi regi, non meno per essere capo di Republica, signora di provincie, & di Regni, padrona del senno Adriatico, nata libera, & conservatoci sempre con la prudenza, & col vigore delle armi, che per esser egli insignito di carattere, & ornato di pompa, & di ornamenti Regij, riposto nell' atto della sua residenza fra consiglieri Purpurati, & decorato nelle publiche cerimonie dall' assistenza del Noncio del sommo Pontefice, & degli Ambasciatori dell' Imperatore, è de altri Regi & Principi, non ha egli altra differenza co' sommi Regi, che di non essere assonto per successione hereditaria, ma per propria virtu, di non essere superiore à soggetti solamente ma capo & prencipe sopra pari, di non haves la volentà, ma si bene la legge per norma.* Hoc est: *Dux Venetus numerari potest summos intra Reges, non solùm cum caput existat ejus Reipublicæ, quæ domina est provinciarum & Regnorum, atque sinus Adriatici, libera originis, atque armis prudentiaque sui conservatrix, verumetiam cum caractere sit insignitus, ornatus splendore & ornamentis, Regijs, positus in actu residentiæ suæ intra consiliarios purpuratos, & cohonestatus publicis in ceremoniis aßistentia Nuncij Apostolici & legatis Imperatoris, Regijs, aliorumque Principum. Alia inter Reges & ipsum differentia non est, quàm quod non hæreditaria succeßione, sed propriâ virtute legatur, nec sit tantum subditis superior, verum & caput ac Princeps parium, non voluntatem, sed legem pro norma habens.* Quantum

Apud Hispanos Ducalis dignitas, nisi denuo per Regem renovetur, ad hæredes nõ transit: Ludovic. Molin. de primog. Hisp. lib. 1. c. 11. n. 20. *Heig.* part. 1. q. 2. num. 37.

hæc inter se dissident arbitria, vide Vultejus & cum eo alii, constrictâ ma- 18.
nu senum produnt Cacoethes, avaritiam puta, Mattheaccius contra ju-
venili stimulo, largâ dextrâ prodigus apparet. Uterque à virtute non-
nihil declinat. Mihi hoc videtur, supra quod & paululum attigi, supe-
riorem non agnoscentem, dignitatum quoslibet titulos aliis conferre
posse, jure suo. A superiore dependentem eos tantum, quorum dandi
jus à suo nactus fuit superiore. Rempublicam ergò Venetam, aut superio-
rem non agnoscere statuis, aut contra. Si illud, salva & in vado res est,
eam non solùm sibi Ducem, sed & si libitum foret, Regem constituere
posse, liberâ aut limitatâ cum potestate. Si hoc, cum Duces sibi ele-
ctione præficiat, citra aliorum omnium contradictionem, nomenque
hoc literis suis Papa, Imperatores, Reges & alii Principes eidem assi-
gnent, superioris, si quem habet, aut habuit, ex concessione & privi-
legio id fieri dicendum est. Verus itaque, remoto sipario, Dux est ille
Venetus, & cum talis sit, caput Reipubl. dictus, nec inde Dux est, cum
caput sit. At regeris, à nostris Ducibus hic multum est differens; à se- 19.
natoribus eligitur, nec ab Imperatore Dux creatur, splendorem prius
habes, quam dignitatem Ducalem, Ducatum non transmittit in liberos,
& si quæ supersunt alia. Fateor hæc lubens, nec illud volo, Ducem Ve-
netorum nostris, qualitates quod attinet pleraque, posse comparari, sed
Ducem eum nihilominùs dico qualitate eâ, quam nomini huic placuit
tribuere illis, qui eum sibi delegerunt. De Duce Reipubl. Genuensis du- 20.
bium majus poterat moveri, cùm ex aliis, tum etiam ex eo, quod perpe-
tuus hic non sit ad tempus vitæ, ut Venetus, sed temporalis, quantum
mihi suggerit memoria, ad biennium. Fortuna & solennitas, quæ in u-
triusque prædictorum electione observatur, notabilis est, sed variis am-
bagibus referta. L L. novæ Reipubl. Genuensis c. 26. ita habent: Ubi de
eligendo Duce agendum erit, conveniet consilium majus, ibique allatis
decem pillulis auratis, quæ diversis literarum notis inscriptæ sint, ita ut
una cum altera nullo modo conveniat, sorte educatur ex urna, in qua
priùs recondantur, una ex pillulis, cujus nota seu inscriptio nemini nisi
conservatoribus Legum pandatur. Mox juxta Principis suggestum sta-
tuatur urna, in qua quinquaginta globuli aurati condantur, qui eam
literarum notam inscriptam habent, quæ paulo ante sorte educta fuit.
His addantur tot globuli argentei, nulla literarum nota inscripti, qui
junctis quinquaginta auratis, consiliariorum numerum æquent, quiq;
auratis & magnitudine, & pondere, & formâ, & materiâ sint omnino
similes, sedulóque commisceantur. Ex his unusquisque consiliarius,
demptis tamen duobus collegiis, unum sorte & sine fraude educet. Is

CAPUT II.

De Principis nomine latino, & Germanico Fürst.

SUMMARIA.

1. Vocabulum principis varii est significatus.
2. Princeps Senatus, qui dictus.
3. Princeps juventutis.
4. To princeps, quam variè hodie usurpetur.
5. Ejus significatus Generalis.
6. Significatus specialis.
7. Noldenii opinio.
8. Principis titulo qui utantur apud Gallos.
9. Imperator dicitur princeps per excellentiam.
10. Et alii superiorem non recognoscentes.
11. Fürst unde dictus.
12. Principes Imperii duplices.



1. Eteribus latinis princeps primùm idem, qui primus, ac præcipuus erat. Cæsar. *lib.* 1. *de bello Gallic.* postea cancellis primariis perruptis, duplici notione usurpari cœpit, ut modò τὸν πρῶτον, ut antea, modò τὸν ἄρχοντα designaret: Casaubon. *exercitat.* 5. *ad annal. Baron. dia-*
2. *tribe* 12. Hinc principem Senatus eum dictum accepimus, qui primum lectus, dignitate omnes magistratus anteibat, & si nec Imperium, nec potestatem haberet: Zamoiscus de Senatu Romano *lib.* 1. *p.* 18. Lazius de Republ. Romanor. *lib.* 3. *c.* 17. *pag.* 355. Hinc principes Africæ dictos olim Carthaginenses videmus: Lipsius *1. Elector. cap.* 18. *p.* 99. Hinc principis quoq; juventutis titulus, in ordine Equestri amplissimus. Sic etenim Perseus Macedoniæ Rex &c. apud Livium *lib. LXII.* de suæ victoriæ gloria jactitans, in concione militari, Victos ait, Romanos equites, illos principes juventutis, equites

Civitatis princeps, id est, magistratus. l. 15. §. 9. ff. de excusat. tut.

3. Seminarium Senatus: Inde lectos in patrum numerum, consules inde & Imperatores creati dicens. Et M. Tullius in oratione quadam L. dominum Ahenobarbum vocat juventutis principem, tanquam maximæ expectationis juvenem. Atque in oratione pro Sylla, L. Torquatum principem & signiferum juventutis, honoris causâ, nominat. Hunc titulum postea Imperatores Romani, mutata Reipubl. forma, pro suis tantum filiis usurparunt, ut honoratissimum pro juventute nobili: quod

quidem

quidem Augusti primum auspiciis cœptum fuisse constat, qui cum pueros nepotes duos ex Julia filia sibi adoptasset, translatosque in Juliam domum mutatis nominibus Caium & Lucium Cæsares appellasset; eos tenerâ adhuc ætate in equestrem ordinem retulit: qui mox ab eodem ordine clypeis aureis hastisque puris donati, & principes juventutis appellati sunt: quemadmodum nummi tunc cusi atque veterum marmorum elogia multa testantur, & ex Tranquillo, atque Dione Cassio colligimus: Pighus *in Hercule prodicio p. 423.* Nostro usu observatum teneo, 4.
Principis vocem, quatenus ad ἀρχείας refertur, & generale nonnunquam, & speciale aliquando, denique & specialissimum esse. Generali significatu Principis nomine contineri, ait Martha *de jurisdictione par. 1. cap. 36. num. 7.* non solùm Monarchiam, sed etiam Democratiam, vel A- 5.
ristocratiam, vel mixtam administrationem, allegans ad hoc *c. ille gladium 23. q. 4.* quod nihil tamen ejus rei meminit. Et in nostra politia contineri generaliter accepimus, omnes illustres personas, ut Duces, Marchiones, Comites, Barones quoque tenentes castra, aut civitates cum Regalibus; ex Isernia & Afflicto Tiber. Decian. *consil. 2. n. 164 lib. 1. & lib. 5. consil. 19. num. 224.* ait: Principem posse in genere capi pro quocunque habente merum & mixtum Imperium. Sixtin. *de Regal. lib. 1. c. 4. num. 37.* Specialiter verò tantùm de iis, qui de Principatu, einem Fürsten- 6.
thumb/ ab Imperatore, unà cum dignitate deß Fürsten/ investiti & decorati sunt. Tales habemus Principes Ascaniæ, die Fürsten von Anhalt/ Principes Sueviæ Austriacos, Principes Rugiæ, Pomeraniæ, Duces & Marchiones Brandenburgenses, Principes Vandalorum, Megapolitanos Duces, Fürst zu Stabell/ Electorem [illegible]niensem &c.* Paurmeister *de jurisdict. lib. 2. cap. 9. num. 7.* Nolden *de Nobilit. c. 8. num. 130. & seq.* scribit, nomen hoc speciale Principis solis Anhaldinis, & reliquis Co- 7.
mitibus principificatis, utpotè Principi à Schaumburgk attribui. Licetque multi (ut modò diximus) à certe regione & provincia Principes vocentur, simpliciter tamen & sine adjuncto Principes non esse, sed Marchiones, Archiduces, Archiepiscopos &c. sed & hæc exiguæ utilitatis subtilitas, modò sciamus, hoc nostro significatu speciali quem esse Principem, nec tamen vi ejusdem, Ducem, Comitem, Marchionem &c. & versâ vice, prostare nonnullos Marchiones, Archiduces &c. qui harum dignitatum

* *Dux Ferrariæ titulum Principis carpi habet Decianus resp. 19. n. 21. vol. 1. Hic verò Principatum specialiter & simpliciter ita appellatum, tanti nonnullis locis fit, ut ejusmodi Principes de consuetudine generalibus locis, & præcipuè Neapoli præcedant non solum Comites, sed & Duces & Marchiones, Fulv. Pacian.* de probat. lib. 2. c. 37. n. 10. *ubi simul addit, plerosque, qui ibi vocarentur Principes abusivos sint Matth. de Affl.* in cap. 1. num. 9. vers. quid dicatur dux de prohib. feud. alien. per F. quis dic. Dux.

gnitatum consequentia non sint Principes, licet alio respectu absurdum
8. non sit, & eosdem quoque Principis uti titulo: In Gallico Regno *le nom & la qualitè de prince n' appertient qu' aux princes du sang, & absoluement celuy de prince, au premier (e.g. Mons. le prince au jour d' huy, c' est à dire le prince de Condè) Nom rare, heroique & divin, d' excellente odeur, le miroir de plus grands, & le lustre de leur honneur, reserue pour les enfans des Rois aux entre Royaumes.* Rulman harangue. *5. p. 66.* nomen principis nullis, nisi sanguinis regii Principibus competit, & absolutè Princeps dicitur inter eosdem supremus. (Exempli gratiâ Monsr. le Prince, hodiè apud Gallos est Princeps Condeus) Nomen rarum, heroicum & divinum, excellentissimi odoris, speculum maximorum, splendor honorum, aliis in Regnis filiis Regum reservatum. Idem apud Thuanum inculcatum *lib. 25. histor. p. m. 756.* ante omnia scil. constare Principis nomen nusquam in Gallia tributum, nisi iis, qui per mares à Regibus Galliæ originem repetunt. Itaq; Petrum Lizetum Curiæ Principem, dum publicè jus diceret, patrono Guisianorum, qui Principes eos nominabat, palam altâ voce dixisse, actis publicis Principis nomen non nisi Regiæ prosapiæ Principibus tribui moris esse. Famam insuper constantem esse, Franciscum Borbonium, Fani Pauli Comitem cum Guisium seipsum Principem appellantem indignabundus cerneret, ad astantes jocosè respondisse, Guisium Germanicè linguâ Gallicâ loqui. Licet verò apud Gallos quidem nominentur Principes, hoc tamen solùm feudatarię possessionum dignitati verius, quam personarum celsitudini est inditum: Renat. Choppin. *ad LL. Andium t. 6.*
9. *in pr.* Specialissimè & secundum excellentiam Princeps vocatur Imperator, ut suo suprà diximus loco, et quandoq; cum adjuncto, Romanus Princeps, ut *in pr. proem. Instit.** & in literis Sigismundi Imperatoris ad Concilium Basiliense, quæ extant *p. 25.* Der frage / ob die Röm. Kays. May. in sachen Fürstethumb ꝛc. Eodem sensu Principis nomen omnibus Regibus, civitatibus liberis, aliisq; superiorem non recognoscentibus
10. cōpetere refert Tapia *in rubr. ff. de constit. princip. c. 1. n. 9.* ** Nos Germani Principis vocem latinam exprimimus per Fürste oder Forste / origine cum Latiis æquali. Förste enim per contractionem factus der Förderste / id est, primus. Et adhuc hodiè apud Danos, Suedos atq; Norvegios Förste / pri-
11. mum numero significat. Huc quadantenus respexit compilator deß Schwabenspiegels *lib. 1. c. 141. § 6.* der Fürst heist davon ein Fürst / das jhm der König das Fürstenambt leihet mit seiner handt / vnd leihet es der

* *Gewoldus de* Sacr. Romani Septemviratu c. 7. p. 125. *scribit, Electores olim Principes fuisse dictos absolute, & per excellentiam.*

** *In Hispania qui mortuo parente Regnum adepturi sunt, Principes appellantur. Tholosan.* Syntagm. jur. lib. 18. c. 2. n. 20.

König

König einem / vnd leihet es der fürder eim andern / der mag nicht Fürst davon heissen / das ist davon / daß er der forderste an dem Reich nicht ist. Extant ergo linguæ dignitatumque in Germania antiquarum imperitiæ, illud derivantes à verbo führen / id est, ducere, quasi Fürste dictus ein führer / dux seu ductor exercitus, qui tamen Germanis vocabatur à reipsa ein Hertzog: Cluverius *d. lib. 1. antiq. Germ. c. 38. p. 319.* Ratione ordinis seu qualitatis à genere functionis deducta. Duplices in Imperio habemus Principes, Laicos videlicet & Ecclesiasticos, Episcopos dictos, qui eadem superioritatis jura, quæ Duces, Marchiones &c. ab Imperio habent, Gail. *1. observat. 30.* & inter eosdem nonnulli præter Episcopatus, etiam alia illustria feuda. Coloniensis inscribitur Dux Angariæ & Westphaliæ, Argentinensis Landgravius Alsatiæ, Herbipolensis Dux Franconiæ, Virdenensis Comes Virdinensis, Cameracensis Dux Cameracensis, Constantiensis Baro de Reichenau &c. Paurmeister *d. l. n. 8.*

CAPUT III.

De Origine & significatu vocis Dux, seu Hertzog.

Ferè omnium nominum plures origines & tanquam natales assignari possunt Scipio Gentil. de origin. in Pr

SUMMARIA.

1. 2. Vocabuli Ducis variæ derivationes.
3. Hertzog unde dictus.
4. Duces ut apud Germanos olim electi.
5. Dux, id est Magistratus militaris.
6. Duces ut provinciarum facti præsides.
7. Qua in provincia primus.
8. Qua occasione in aliis locis.
9. Ex præsidibus facti Principes.
10. 11. 12. 13. Varia olim apud Francos Ducum conditio.
14. Nomen ... dictum Regis Franciæ.
15. Dux quis de jure feudali.
16. 17. De Duce Veneto judicia diversa.
18. 19. Authoris de eadem opinio.
20. De Duce Gen... electione.
21. 22. 23. 24. Duces qui sub se habuerunt Comites.
25. Ducum differentia.
26. Archidux.
27. Notatur Frecia
28. Magnus Dux.
29. Alia Ducum differentia.
30. In Anglia rari duces.
31. Tituli Ducum
32. Ducatus nomen æquivocum.
33. Quæ corona ducalis, ubi & de baldachino.

Dux à ducendo dictus *d'autant qu'ils doivent conduire & monstrer le chemin à leurs gens, ou ce qu'ils doivent faire.* Claude Fauchet *del' origine des dignitez & magistrats de France liur. 2. chap. 2. pag. 47.* quod ... com-missos, atque iisdem viam & iter monstrare, ... Vel à deducendo in hostilem agrum exercitum: ... 1.

 Zelandia.

Zelandia, apud Scriverium *in Batavia illustrata p. 157.* Nobis Germanis
3. Heer significat exercitum, Zog verò, q. Ziher/ Dux, quippè ziehen/ vel zigen est ducere, & zog/ sive zug/ notat expeditionem. Variantibus autem dialectis Tog/ & Tug/ unde ipse Dux hodieque superioribus Germanis dicitur Herzog/ inferioribus Hertog/ Septentrionalibus, id est, Suedis, Danis, atque Norvegis Hertug: Cluver. *lib. 1. antiq. Germ. cap. 46. p. 367.* Sed & alia vocis Heer nobis significatio est, qua communitatem hominum notamus, (hinc Besoldus 1. *polit. 12. n. 4.* deducit Heerweg/ viam communem & Herberg/ (diversorium seu receptum communem, darein sich ein jederman verbergen kan) & exinde Herzog Dux communitatis: attamen communitatis Dux esse haut meretur ille, qui exerci-
4. tum cum laude ducere nequit, Gorop. *l. 7. hermathen. p. 169.* Apud nostrates olim delegebatur Dux à multitudine, in publico Concilio, sententiis collatis. Delectus deinde scuto imponebatur, atque in sublime humeris sustinentium elevatus, in gyrumque circumactus, Dux belli
5. decreti salutabatur: Cluverius *d. l.* Apud Romanos quoq; primum Ducis nomen magistratum significabat militarem *l. 5. §. 1. ff. de pact. l. 2. §. 1. ff. de his qui not. infam. l. 3. §. 15. l. 4. in pr. ff. de re militari.* Tranquillus *in Nerone cap. 38.* domus priscorum Ducum arserunt, hostilibus adhuc spoliis adornatæ. Ex milite gradatim ad honores conscendente Tribunus, postea Dux, deinceps legatus (de quo videndus Lipsius *de milit. Roman. lib. 2. dialog. 11. p. 135.*) fieri poterat. Quamquam verò hoc modo Dux specialiter dicebatur is, qui major Tribuno, minor verò legato erat, nihilominùs generali significatione etiam Tribunis & ipsis quoque lega-
6. tis nomen tribuebatur Ducis. Postea cum Romanum Imperium irruptionibus exterorum vexaretur, Imperatoris bellis continuis implicati, quasi necessitate coacti, administrationem & tutelam provinciarum mandaverunt ducibus, & illis, qui antea bello præfecti fuerant, idque majori confidentiâ, ut quorum fidem & industriam tempore præterito satis comprobatam habuerant. Atq; hoc modo Dux, qui primum bellicæ rei fuerat præfectus, incipiebat haberi gubernator, seu administrator, & postea successu temporis, Princeps. Locum primum, quo mihi videor legisse Ducem pro gubernatore acceptum, habeo illum Vopisci in vita Imperatoris Benosi, quando ait, hunc Imperatorem antea fuisse Ducem Marchæ Rhæticæ. Cassiodorus *lib. 6. & 7. epistolar.* inter omnes provinciarum administratores, quorum facit mentionem, unici tantùm
7. Ducis Rhætici meminit. Unde errorem non erravero prægnantem, & nullum fortassis, si credam, apud Romanos primùm hac in provincia nomen Ducatus pro Gubernatione cœpisse. Factum hoc sine dubio propterea,

preterea, cum provincia hæc Germaniæ q. ostium esset, ex qua indies novi aliquid mali Imperio accrescebat. Id ut præcaverent Imperatores, exercitus sui præfectum aliquem strenuum eò allegarunt, provinciæ suâ qui consuleret industria, nec non militiæ ea in parte caput esset. Consimilis necessitas deinceps quoque Romanis causam præbuit, etiam aliis in locis hanc inducere politiam, & Ducum gubernationem. Bellis enim hinc inde diversis à nationibus agitati, civitatum curam Ducibus concredere coacti. Prima ferè distributio facta tunc fuit, cum Totila Rex 8.
OstroGothorum duplicata vice Romanorum profligasset fudissetque exercitum. Scribit enim Procopius *lib. 3.* Romanos secundâ clade adeò attritos, ut milites rus & agrum relinquere coacti, in civitates se recepe-rint, ab hoste ut essent tutiores. Additque idem author, tunc temporis Duces, & exercitus præfectos, defensionem civitatum inter se quasi distributione facta suscepisse, Constantinum Ravennæ, Johannem Romæ, Bessum Spoleti, Justinum Florentiæ, Cyprianum Perusiæ. Hoc postea fuit continuatum, Ostrogothis cæsis, & repressis à Narsete. Postquam enim revocato Narsete, Longinus Italiam præses adiit, novâ institutione in locum præfectorum, qui antea civitatibus dati fuerant, Duces & Capitaneos posuit; Bulenger *de Imperio Romano lib. 4. cap. 73. p. 485.* ut hi quemlibet in officio continerent, simulque hostium incursionibus resisterent. Ipse verò sedem sibi voluit Ravennam, nomen verò Exarchi. Ut autem rerum est circulus, Duces hoc modo civitatibus 9.
dati, pedetentim ex gubernatoribus principes facti, ut exemplo nobis esse possunt inter primos Longobardi. Hi enim secundum Paulum Diaconum & Sigonium de Regno Italiæ *lib. 1. p. m. 9.* mortuo Clephone Rege secundo, habito consilio imposterum abstinendum à Regibus decreverunt, atque ex communi sententia rem universam [illegible] Ducibus permiserunt, adeò ut decem per annos quisque [illegible] vel civitatem suam regeret, & ejusdem uteretur reditibus. Quibus exactis, cum iterum Regem sibi constituissent, quilibet Ducum, dimidiam reditTuum partem Regi cessit in dominium, alteram suo [illegible] jure. In Germania qua varietate Ducum conditio & dignitas fuerit agita- 10.
ta, certa mihi non usque adeò sunt vestigia. Stephanus Pasquierius, [illegible] cujus recherches de la france *lib. 2. c. 12.* [illegible] *p.* [illegible] scribit, Francos, Galliâ subactâ, à Romanis [illegible] Ducibus uti [illegible] ciarum gubernatoribus, [illegible] familia Clodovei extincta, [illegible] *de palau*, palatii præfecti, potestatem [illegible] sibi [illegible] hæreditariam [illegible] Duces [illegible] Legimus tempore [illegible] Mantelli, Ducem Gasconiæ, & [illegible] Aquitaniæ. [illegible]

ditarios asserentes, superiorem Regem Franciæ non agnovisse! imò nonnullos Ducum Regium sibi nomen ratione provinciarum attribuisse: Eos tamen omnes postea per Carolum Marcellum, Pipinum, Carolum Magnum & ejus filium in ordinem fuisse redactos. Horum itaq; tempore Duces, qui Regno continebantur Francico, gubernatores provinciarum fuerunt, eo singuli nomine, cui præfecti. Extra verò Regnum in provinciis remotis, quæ tam facili jugo non poterant teneri, duplices conspicui erant. Alij Ducatum possedebant, in vicem patrimonij, ita tamen, ut eum acceptum ferrent Regi. Alij æquè, ut priores illi ipsius in Regni
11. visceribus, tantùm gubernatores erant. Declarat hoc locus Theodulphi, ubi manuscriptum habet, Tassilonem in Ducatum Bojojariorum collocavit per suum beneficium: Pipinus autem Rex tenuit placitum suum in compendio cum Francis, ibique Tassilo venit Dux Bojojariorum in vassatico se commendans, sacramento jurans, multas & innumerabiles reliquias sanctorum per manus imponens, & fidelitatem Regi Pipino promisit & filiis ejus, scilicet vassum recta mente & firma devotione. Et Aymonius 4. *histor.* meminit Grimoaldi Ducis Beneventani in Italia, qui Imperatori Ludovico Pio annuatim contribuebat septem scutatorum millia. Nihilo tamen ominus in eadem Italia rèstabant alij Duces, gubernatores tantùm, ut idem nos docet author dicto libro, quando refert, Saponem Ducem Spoletarum mortuum, inq; ejus locum Lu-
12. dovicum Pium immisisse Atalardum Comitem palatij sui. Carolo autem Simplice regnante, occasione ætatis nondum adhuc firmatæ & judicij crudi, quilibet Ducum, Comitumq; ita sibi prospexit, ut per ruinam Regis consurgeret, & titulo gubernatoris provinciæ, aut civitatis sibi assignatæ, reditus & dignitatem lucraretur. Vnde postquam Hugó Capetus occupasset Regnum, complures reperiebantur Duces, Comites & Magnates, qui dignitate cum eodem quasi concurrebant, qui postea tempore expeditionis Hierosolymitanæ à Ludovico Crasso, & tandem aliis, maxima ex parte reformati, Ducatibus & Comitatibus
13. coronæ rursus addictis & incorporatis. Hæc unio aliam Ducatuum peperit formam & esse. Ne enim hoc modo Reges viderentur ex asse antiquas sustulisse dignitates, quibus Regnum illustrius apparebat, vel minimis etiam ex civitatibus & burgis ac dominiis, sola inclinatione, Ducatus & Comitatus fecerunt. Ita, si verum dicere amaverimus, ut Duces & Comites hodierni tantùm imaginem & umbram habeant eorum, qui fuerunt tempore Hugonis Capeti. Atque hæ sunt notabiles Ducum variationes, ex Capitaneis, qui facti gubernatores provinciarum, postea parum inæquales Regibus, deniq; in ordinem redacti multò illis inferiores. Pasquierius d. l. Fuit quidem *Anno 1579.* edictum confectum
Regi-

Regnum, quod tamen *n'a esté verifié qu'au parlement de Bretagne, que suiuant l'arrest du priué conseil du 10. Mars. 1578. est defendu publier aucunes erections de Seigneuries en nouuelles dignitez sinon que les Seigneuries, aux quelles sera attribuè nouuelle dignitè soient dela qualite requise. Ascavoir que la terre, qui sera eregeè en chastellenie ait d'ancienntitè justice haute, moyenne & basse, droit de foire, marchè, prevostè, peage, & preeminence sur toutes Eglises estans au dedans deladite terre. Que la Baronnie sera composeè de trois chastellenies pour le moins, qui seront unies & incorporées ensemble, pour estre tenues à un serel hommage du Roy. Que le Comte aura deux Baronnies & trois chastellenies pour le moins, ou une Baronnie & six chastellenies, aussi unies & tenuës du Roy. Que le Marquisat sera composè de trois Baronnies, & de trois chastellenies unies & tenuës come dessus &c. Edit que meriteroit bien estre verifiè par tout, & soigneusement observè, pourceque la douceur de nos Rois, qui ne veulent refuser aux seigneurs de leur Ceur ces litres d'honneur, à desia receu & erigè tant de Seigneuries de dignitè, que ces beaux litres sont desormais beaucoup auilis & sur le nombre qu'il y en à en France, & par la communication qui en à estè faicte à des Seigneuries fort chetiues. Charles loyseau des Seigneuries chap. 4. p. 94. n. 27.* hoc est, quod tamen in solo parlamento Britanniæ approbatum, quod secundum placitum consilij privati 10. Martij An. 1578 prohibet, publicare quascunq; ditionum in novos principatus erectiones, nisi illa dominia, quibus nova attribuenda dignitas qualitatis sint debitæ. Scilicet, ut terra, quæ debet in Castellaneatum promoveri, ab antiquo obtineat, imperium maj^{9}, medium & infimum, jus nundinarum, mercatus, præfecturæ, vectigalis & præeminentiæ supra omnes in Ecclesiis, qui dicta continentur terra. Vt Baronatus sit compositus tribus Castellaneatibus ad minimū, qui invicem conglutinabuntur, & unam redigentur quasi in massam, ut unâ fidelitate habeantur à Rege. Comes ut habeat Baronatus duos, & tres ad minimum Castellaneatus, aut Baronatum unum & Castellaneatus sex, similiter unitos & à Rege obtentos. Marchionatus ut sit conflatus ex tribus Baronatibus, & tribus Castellaneatib^{9} unitis & obtentis, ut supra dictum. Quod edictū meritò ubiq; approbandum & observandum summo esset studio. Nostrorū quippe Regū benignitas, quæ dicta illis, qui aulam sequuntur, absq; repulsa titulos honorū concessit, & jamdudum tot principat^{9} constituit, ut egregij si tituli multū à splendore suo degeneraverint, & propter amplitudinem numeri, quem Gallia fovet, &

propter communicationem, quæ facta est dominiis & terris fortunæ te-
15. nuioris. De jure feudali Dux ille habetur, qui de Ducatu à Principe
summo est investitus, hoc est, cui Princeps in beneficium regionem a-
liquam, quæ Ducatus nomen & characterem habet impressum, conces-
sit, primis temporibus ad vitam, postea in perpetuum. 1. F. 1. §. 1. c. 1. *quis*
dicatur Dux 2. F. 10. Hoc sensu potissimum in Imperio nostro splendent
Duces Saxoniæ, Brunsuicenses, Luneburgenses, Pomeraniæ, Mechel-
burgici, Bavariæ, Würtenbergenses, Lavenburgenses, Subaudiæ, Lo-
thoringiæ, Holsatiæ &c. Talis cum non videatur Reipubl. Venetæ Dux,
16. placuit Vultejo, loco supra citato *lib. 1. de feud. c. 4. n. 14.* eum pro ve-
ro non agnoscere Duce, sed tantùm pro capite in ejusmodi politia inter
alios præeminente. Nam Ducem Venetorum quod attinet, ait Nol-
den *d. c. 8. n. 146.* 15. in pompa tantùm Princeps est, in curia senator,
extra urbem reus, in urbe captivus; peregrinari enim sine venia non po-
test. Aliud aliorum est judicium. Audiamus, si placet Josephum Mat-
theaccium ragionam. *polit. 1. pag. 2. Il doge di Venetia puo essere an-*
17. *novera tofra i. sommi regi, non meno per essere capo di Republica, signora di provincie, & di Regni, padrona del senno Adriatico, nata libera, & conservatoci sempre con la prudenza, & col vigore delle armi, che per esser egli insignito di carattere, & ornato di pompa, & di ornamenti Regij, riposto nell' atto della sua residenza fra consiglieri Purpurati, & decorato nelle publiche cerimonie dall' assistenza del Noncio del sommo Pontefice, & degli Ambasciatori dell' Imperatore, è de altri Regi & Principi, non ha egli altra differenza co' sommi Regi, che di non essere assonto per successione hereditaria, ma per propria virtu, di non essere superiore à soggetti solamente ma capo & prencipe sopra pari, di non haves la volentà, ma si bene la legge per norma.* Hoc est: *Dux Venetus numerari potest summos intra Reges, non solùm cum caput existat ejus Reipublicæ, quæ domina est provinciarum & Regnorum, atque sinus Adriatici, liberæ originis, atque armis prudentiaque sui conservatrix, verumetiam cum charactere sit insignitus, ornatus splendore & ornamentis Regijs, positus in actu residentiæ suæ intra consiliarios purpuratos, & cohonestatus publicis in ceremoniis assistentia Nuncij Apostolici & legatis Imperatoris, Regijs, aliorumque Principum. Alia inter Reges & ipsum differentia non est, quàm quod non hæreditaria successione, sed propriâ virtute legatur, nec sit tantum subditis superior, verum & caput ac Princeps parium, non voluntatem, sed legem pro norma habens.* Quantum

Apud Hispanos Ducalis dignitas, nisi denuo per Regem renovetur, ad hæredes nō transit: Ludovic. Molin. de primog. Hisp. lib. 1. c. 11. n. 20. *Heig.* part. 1. q. 2. num. 37.

hæc inter se dissent arbitria, vides, Vultejus & cum eo alii, constrictâ ma- 18.
nu senum produnt Cacoethes, avaritiam puta, Matthæaccius contra ju-
venili stimulo, largâ dextrâ prodigus apparet. Uterque à virtute non-
nihil declinat. Mihi hoc videtur, supra quod & paululum attigi, supe-
riorem non agnoscentem, dignitatum quoslibet titulos aliis conferre
posse, jure suo. A superiore dependentem eos tantum, quorum dandi
jus à suo nactus fuit superiore. Rempublicam ergò Venetã, aut superio-
rem non agnoscere statuis, aut contra. Si illud, salva & in vado res est,
eam non solùm sibi Ducem, sed & si libitum foret, Regem constituere
posse, liberâ aut limitatâ cum potestate. Si hoc, cum Duces sibi ele-
ctione præficiat, citra aliorum omnium contradictionem, nomenque
hoc literis suis Papa, Imperatores, Reges & alii Principes eidem assi-
gnent, superioris, si quem habet, aut habuit, ex concessione & privi-
legio id fieri dicendum est. Verus itaque, remoto sipario, Dux est ille
Venetus, & cum talis sit, caput Reipubl. dictus, nec inde Dux est, cum
caput sit. At regeris, à nostris Ducibus hic multum est differens; à se- 19.
natoribus eligitur, nec ab Imperatore Dux creatur, splendorem potius
habet, quàm dignitatem Ducalem, Ducatum non transmittit in liberos,
& si quæ supersunt alia. Fateor hæc lubens, nec illud volo Ducem Ve-
netorum nostris, qualitates quod attinet plerasque, posse comparari, sed
Ducem eum nihilominùs dico qualitate eâ, quam nomini huic placuit
tribuere illis, qui eum sibi delegerunt. De Duce Reipubl. Genuensis du- 20.
bium majus poterat moveri, cùm ex aliis, tum etiam ex eo, quod perpe-
tuus hic non sit ad tempus vitæ, ut Venetus, sed temporalis, quantum
mihi suggerit memoria, ad biennium. Fortuna & solennitas, quæ in u-
triusque prædictorum electione observatur, notabilis est, sed variis am-
bagibus referta. L L. novæ Reipubl. Genuensis *c.* 26. ita habent. Ubi de
eligendo Duce agendum erit, conveniet consilium majus, ibique allatis
decem pillulis auratis, quæ diversis literarum notis inscriptæ sint, ita ut
una cum altera nullo modo conveniat, sorte educatur ex urna, in qua
prius recondantur, una ex pillulis, cujus nota seu inscriptio nemini nisi
conservatoribus Legum pandatur. Mox juxta Principis suggestum sta-
tuatur urna, in qua quinquaginta globuli aurati condantur, qui eam
literarum notam inscriptam habent, quæ paulo ante sorte educta fuit.
His addantur tot globuli argentei, nulla literarum nota inscripti, qui
junctis quinquaginta auratis, consiliariorum numerum æquent; quiq;
auratis & magnitudine, & pondere, & formâ, & materiâ sint omninò
similes, sedulòque commisceantur. Ex his unusquisque consiliarius,
demptis tamen duobus collegiis, unum sorte & sine fraude educet. Is

cui auratus obvenerit, confestim censoribus, qui urnæ assident, con-
spiciendum & recognoscendum tradet, mox occultè nomen alicujus ci-
vis, quem tanto munere dignum judicaverit, ex toto Nobilitatis corpo-
re, & iis qualitatibus, quas requirimus, præditi, conscribet in chartula:
deinde ex Comitio exibit, ita ut nec vota ambire, nec cum aliquo collo-
quia miscere possit. Eductis omnib. auratis pillulis, illustrissima collegia,
nomina omnium, qui in chartulis descripti fuerint, legent & in nume-
rum redigent. Quod si nominati ad vicenarium numerum non ascen-
derint, eorum nomina, quibus aurata sors cecidit, in urnam conjician-
tur, & iterum extrahantur, ut repetita per eos nuncupatione numerus il-
le vicenarius impleatur: quem ita terminavimus, ut non minor sit vigin-
ti: ultra autem esse possit, usq; ad quinquaginta. Horum nomina, quot-
quot fuerint, vocatis etiam illis quinquaginta, quos nuncupatores aura-
tos diximus, per Concilium majus discutientur; quindecim verò ex his,
quæ plura retulerint vota, intelligantur ad Ducatum propositi. Horum
autem quindecim nomina ad Concilium minus discutienda mittentur,
& sex, qui majoré suffragiorum partem, quæ tamen minor non sit, quàm
tres ex quinq; retulerint, iterùm ad postremam Concilii majoris discus-
sionem remittentur. Ex his unus, qui in votis hominum prævaluerit, pro
Duce renunciabitur. Quod si vota paria fuerint, iterùm ferenda erunt
suffragia: Si verò eâdem paritate contendatur, tunc, sorte priùs è Con-
cilio ejectis quinque & repetitâ votorum collectione, omninò tolletur
paritas. Apud Venetos electionis forma haud minùs intricata, & va-
ria, quàm modò deducta, ut videre est *liur. 1. delle cose notabili della cit-*
21. *ta di Venetia p. 55. & seqq.* Cæterùm Caroli Magni qui considerant
instituta, eo tunc tempore Ducem sub se duodecim habuisse Comites
notant: Petr. Pithovius *lib. 1. advers. cap. 8. p. 376.* Andrè Fanyn *des pre-
miers officiers de France liur 1. chap. 3. p. 30.* alii temporis haud habita di-
stinctione, regulam tradiderunt eam, Imperatorem, ut talis sit, opor-
tere, sub se ut habeat quatuor Reges, Regem quatuor Duces (Claudi-
us Fauchet *aux origines des dignites & magistrats de France liur. 2. chap. 2.
pag.* 47. duos ex vetustis literis ponit sub Rege esse patritios, sub patri-
tio quatuor Duces) Ducem quatuor Comites, Comitem quatuor Ba-
rones, Baronem quatuor Castellanos, Castellanum quatuor feuda, Pas-
22. quierius *d. lib. 2. c. 12. p. 146.* Primũ negat Nolden *d. l. n. 149.* & eo tẽpore o-
mnes ferè Comites liberos fuisse asserit, ejusq; rei testes ponit Comites in
Waldeck, qui ante & circiter tẽpora Caroli Magni nullis Ducibus subje-
cti, sed soli Imperatori & Imperio militarunt, adeò ut Carolus de-

Ab hac consuetudine postea recessum scribit Heigius part 1. q. 2. num 38.

victis Saxonibus, erectisque Episcopatibus illis in Episcopatu Paderbornensi jus advocatiæ concesserit: David Chytræus *lib. 11. Chron. Saxon. in fin.* Qua in re, cum certi nihil habeam, hoc tantùm probabile existimo, 23
non equidem certum numerum Comitum sub Ducibus fuisse, attamen sub nonnullis duodecim, quatuor aut pauciores: Petr. Pithæus *liur. 1. des Comtes de Champagne & Brie p. 462. & seq.* Quod autem de libertate Comitum affert Nolden, exemplo uno non poterit vallari, cùm & contrà demonstrari possit, Comites sub Ducibus fuisse: Fanym. *d. l. p. 30. & chap. 4. p. 33.* De quaternione altero audiamus Pasquierium *d. p. 146.*
Chose inventée à credit par gens plus pleins de loysis que de sçavoir: 24
d'autant que si leur proposition avoit lieu il n'y auroit guerres de Ducs & Comtes pour le jourd'huy. Car mesmes le Duché d'Angoulmois, que l'on baille pour appanage au tiers enfant de France, n'a que le Comté de la Roche foucault dessous soy. Et au sur plus encores que sur le premier advenement de nos Roys, les Ducs fussent plus grands que les Comtes en dignitez si est ce qu'en ceste generale confusion, qui vint en la France, quand depuis le regne du simple, jusques à Capet & ses successeurs, chaque signeur prit son eschantillon du Royaume, & au desavantage du Roy, certainement les Provinces prindrent le nom, qui de Duchez, qui de Comtez, plus par hazard & fortune, que par discours. Tellement que non moindre estoit en son endroict un Comte de Flandres, ou de Champaigne, qu'un Duc de Guyenne, ou de Normandie: ains en egalité de Puissances, differoint seulement de noms. Et de faict nous voyons mesmement qu'un Comte de Champaigne avoit soubs soy sept Comtes pour ses vassaux: id est: Res hæc inventa credulitate hominum otio magis, quàm eruditione clarorum, ut si eorum propositioni locus esset, paucos hodie essemus habituri Duces & Comites. Etenim ipsi Ducatus Angolismensis, qui loco apennagii tertio genito Regis Galliæ filio addicitur, alium non continet sub se, quàm Comitem Rupisfocaldi. Præterea licet primo Regum nostrorum tempore Duces Comitibus longè fuerint superiores, nihilominus tamen in generali ista Galliæ confusione, tunc orta, quando à Regno simplices usque ad Capetum & successores quilibet Dynastarum Regni partem Regis in præjudicium ad se traduxit, provinciæ certè nomen acceperunt hæ Comitatus, illæ Ducatus, magis fortunâ & sorte, quam ratione

certâ. Ita in se consideratus Comes Flandriæ, aut Campaniæ, in nullo cedebat Duci Guynensi, aut Normandiæ, sed potentiâ pares solo differebant nomine. Et ipso videmus facto, Comitem Campaniæ sub se
25. septem habuisse Comites suos vasallos. Ducum verò alii in simplici hoc perstant nomine, alii augmentum aliquod recipiunt. Hi vel extra Im-
26. perium sunt, vel in Imperio. In Imperio duplices. I. Archiduces, Ertzhertzoge; qui titulus in Imperio solùm receptus. Chassæ *in Catal. glor. mundi part. 5. consid. 44.* Austriacæq; tantùm datus familiæ. Factum id à Friderico 3. Imper. si credimus Natali Comiti *histor. lib. 9. p. 199.* Sane is Ducem Austriæ se nominat, in der Reformation zu Franckf. Ann. 1442. auffgericht, in pr. Et post eum Maximilianus demũ Archiducis titulo utitur, in Ordnung deß Cammergerichts zu Wormbs 1495. Licet autem non defuerint alii quoq; Duces ad eundem aspirantes, illi tamen omnes repulsam passi fuerunt, nec unquam sua in vota Imperatorem potuerunt
27. pertrahere: Sixtin. *de Regal. c. 4. n. 30.* * Nec experientia fulcitur opinio Frecciæ *de feud. lib. 2. tit. quis dicatur Dux. n. 4.* Mozzii *de feud. tit. de his, qui feuda dare possunt. n. 6.* quasi in Germania consuetudine introductum fuerit, ut cum Ducum filii appellentur Duces, inter eosdem primogenitus indigitetur Archidux, quasi primus fratrum in Ducali dignitate. II.
28. Magni Duces, Großhertzoge. ** Talis est Magnus Dux Hetruriæ, de quo supra. Extra Imperium est Magnus Dux Moscoviæ: vid. thesaur. polit. Caspar Ens. *lib. 1. apotelesm. 16. p. 285.* *** Magnus Dux Lituaniæ, Matth. Steph. *de iurisd. lib. 2. p. 1. c. 6. n. 82.* Qui in simplici perstant nomine Ducum, inter illos memini aliquot gradus constitui à Charles Loyseau
29. *des Seigneuries c. 5. p. 112. n. 55.* ubi ita: *A present il ya trois degrez de Ducs & Comtes, à sçauoir ceux qui sont souuerains tout à fait, sans recognoistre superieur, Comme les Ducs de Lorraine & de Sauoye: Ceux qui ont les droicts de souueraineté, mais ont un superieur, que l'appelle Princes subjects, comme ceux d'Allemagne; & finalement ceux, qui sont simples seigneurs souuerains, comme sont*

* *Gunnoldus de Sacri Romani Imperii Septemviratu* c. 7. p. 125. *Electores a nonnullis Imperatorum, olim dictos Palatinos Archiduces memorat.*

** *Bruno, Othonis Magni Imperatoris frater, titulum Archiducis Lotharingiæ usurpavit, postquam ipse Archiepiscopus Moguntinensis, Anno 953. dejecto propter rebellionem Conrad. Lotharingiæ Duce Ducatum Lotharingiæ, a fratre Imperatore accepisset. indignum scil. existimans si cum Archiepiscopus esset, non etiam Archidux appellaretur.. D. Bitschius in annot. ad Natal. Comit. p. 200. lit. I.*

*** *Moscoviæ Reges a suis dicuntur Vueliki knezi, id est, magni Duces: Tholosan.* lib. 6. Syntagm. jur. cap. 7. n. 18.

ceux

*ceux de France à present. A quoy il faut encor adjouster un quatri-
esme & plus par degré de ceux qui ne sont qu' à vie comme officiers,
ainsique sont encor à present ceux d' Angle terre*, hoc est: Hodiè
Ducum gradus tres sunt, nempè primus illorum, qui absoluti sunt o-
mninò, nec superiorem recognoscunt, ut est Dux Lotharingiæ & Sa-
baudiæ. 2. qui jus superioritatis obtinent, sed superiorem recognoscunt,
quos Principes subditos appello, uti sunt illi Germaniæ Duces. Deniq;
qui simpliciter tantùm sunt superiores, quales sunt hodiè in Gallia. Qui-
bus insuper addi debent, quartus & inferior gradus eorum, qui Duces
tantùm sunt ad vitam, tanquam officiarii, quales hodiè illi, qui in Anglia
reperiuntur. In hac Ducum nomen adeò frequens, ut alibi non est. Et 30.
tempore Reginæ Elisabethæ Dux Nortfolcii solus eo claruit titulo in
Angliæ Regno: Pierre Matth. *tom. 2. liur. 6. del' histoire d' Henry 4. nar-
rat. 2. p. 496.* Duces quod concernit superiorē nō recognoscentes (inter 31.
quos malè Charles Loyseau retulit Sabaudum & Lotharingum Imperio
nostro obstrictos) iis apud exteros titulus *Altesis* tribuitur, ut *vostre Ex-
cellence*, illis, qui superiorem recognoscunt. Estienne Pasquier. *liur. 7.
des recherches de la France chap. 5. p.* 820. Ducatus vocabulum (ut hoc quasi
præsentis capitis primum corollarium ponam) æquivocum est: I. Du- 32.
cato enim Italis, nobis Germanis ein Ducat/ pro moneta sumitur. Aurea
ista moneta à Venetis primò, & Genuensibus percussa. Sed & ab Anglis,
ut Polydor. Vergil. scribit. Cui quid in mente fuerit nescio, sic scribit
Marq. Freher. *de re monet. lib. 2. c. 3. p.* 44. cum alio loco scriberet, Du-
catum quod Romæ cuderetur, dictum à Ducatu, quem magistratum
Longinus primum constituisset, à Justino Imp. Narseti Italiæ præfecto
successor datus. *lib. 2. de invent. rer. c. 21.* II. Ducatus quandoque pro sal-
vo conductu olim positus. Sic enim Balbus catholicon: Ducatus condu-
ctus vel guida. Wenceslaus Brack in terminis Juristarum. Gleitet/ con-
ducit, Ducatus sitque Geleite. Refert Marquardus Freher ad Constitut.
Adolphi Roman. Regis in Curia Norimb. Anno 1295. promulgatam
de insulis Rheni &c. *in verbo conductum p. 16.* III. Ducatus, id est, ein Her-
zogthumb. Secundum quod notari velim, est, cum quælibet dignitas sua
debeat habere insignia Luc. de Penna *in l. murileguli C. de murileg. lib. 11.*
ideò Dux ex communi usu habet pileum circumdatum quadam coronâ
rotundum, non erectâ, nec ascendente, in modum zonæ circumdantis
pileum Chassan *de glor. mundi part. 1. conclus. 9.* Hodiè communis obser-
vantia est, ut quibus concessum est habere coronam talem pro insignis,
iidem uti possint baldachino. *Marta de jurisdict. part. 2. c. 13. n. 16.*

CAP.

CAPUT IV.

De

Marchionibus, Comitibus &c.

SUMMARIA.

1. Comitis vox olim quid notaverit.
2. Varii Comites.
3. Alia Comitum facies, & forma.
4. Comes pro judice.
5. 7. Comites militares.
6. Comes Romanus.
8. 9. 10. Comites Germanorum quo in gradu & munere olim.
11. Ripuarii quinam.
12. Graff alicubi & hodie judex est.
13. Ducum & Comitum officium.
14. 15. 16. 17. 18. 19. Vocis Grave variæ Etymologiæ.
20 Hodie quis Comes, quidq; comitatus, ubi & de Gallica constitutione, & privilegio Comitatus.
21. 23. Marchio quis, & vocis quænam origo.
22 Marchia unde dicta.
24. Complures olim Marchiones.
25. Aliquot Marchionatuum origines.
26. Præcipui qui hodie Marchiones in Germania.
27. De Marchiis Galliæ.
28 Pfaltzgrave Pfaltz. 29. 30. 31.
32. Beati Rhenani opinio.
33. Palatini olim dicti aulici.
34. Rhenani expugnatur opinio.
35. Quot olim Germaniæ Palatini.
36. Comes Palatinus Italiæ.
37. Qui hodie Imperii Comites Palatini.
38. De Palatino Vngariæ.
39. De Palatinis Poloniæ.
40. De Comitib. Palatinis, quos Reichs Hoffgraven dicimus.
41. Ratio appellationis hujus.
42. 43. Vnde Comites palatii Lateranensis dicti.
44. Authoris opinio.
45. Privilegium Comitis Lateranensis palatii Romani.
46. Alii Reges hujusmodi an creent Comites.
47. Comitum Palatinorum quæ potestas vulgaris.
48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. Quæ non vulgaris, nec omnium.
58. An potestatem suam aliis possint concedere.
59. 60. Comites Palatini, ab Imperatore creati, ubi suo utantur privilegio.
61. Intra limites Imperii alterius Regni subditum an valeant legitimare.
62. An etiam extra Imperii limites.
63. 64. Rationes affirmantium.
65. 67. Authoris distinctio.
66. Hondadæo contradicitur.
68. Comites Palatini, sive à Pontifice sive ab Imperatore creati, in Gallia nehilum possunt.
69. 70. 71. Respondetur objectionibus.
72. Comes Imperialis extra Imperium consistens, Imperii subditum ibi an possit legitimare.
73. Comes legitimandi potestatem sibi datam probet, ubi alia de potestate Comitum palatinorum, remissive.
74. 75. 76. Quibus hæc detur Comitiva, & quam varie.
77. Landtgraven qui dicti.
78. Insigniores in Imperio Landgravii.
79. Alii minorum gentium Landgravii.
80. Burggrave quis.
81. Noldenii opinio examinatur.
82. Burggravii munus quod olim, & quæ sedes.
83. Burggravii Normbergenses.
84 Noldenii detegitur error.
85. Burggraviatus Normbergensis nobile Imperii membrum, variis externarum privilegiis.
86. Burggravii Magdeburgensis ditiones & in-

8[illegible] insignia.
8[illegible] Burggraviatus Strombergensis.
[illegible] Burgstall Stall.
[illegible] Burggraviatus Reineccensis.
90 Alii Burggravii.
91 Graffen des Reichs.
92. Gefürste Grafen.
93. Comites Imperio immediatè subditi, & tenentes feuda ab Imperii statib.
94. Comites Landsassii.
95. Comites Imperii liberi quot in Comitiis obtineant vota.
96 Comites Cubicillares.
97 Eorum in Italia amplissimus numerus.
98. In eosdem Italorum, Gallorumque proverbia.
99. Gaspari Scioppii, ut & Vegterdorfferi Scommata.

COmitis nomen, per se consideratum, potius honoris fuit, quã certi officii titulus. Etenim sub Romanis Imperatoribus Comitis appellatio ferè communis fuit omnibus, qui comitabantur Imperatorem. Wesenbec. *in parat. C. de offi. Com. sacrar. largit.* magis tamen illis propria & secundum excellentiam, qui non solùm in Comitatu Principis erant, verùm etiam officium aliquod aulicum administrabant. Hinc non solùm nostris in legibus, verùm etiam alibi sæpius mentionem fieri deprehendimus, Comitis sacrarum largitionum, Comitis sacri patrimonii, Comitis rerum privatarum, Comitis sacri Palatii, Comitis consistorialis, Choppinus *de domanio. Franciæ lib. 1. tit. 5. n. 12. p. 4[illegible].* Postquam autem Imperatores cœperunt ex suo Comitatu probatissimos ad regendas provincias ablegare, illiq; nihilominus deposito Comitis nomine, sua & susciperent & exercerent munia, eò denique ventum est, ut quilibet ferè civitatum judex, etiamsi fortè in Comitatu sui Principis nunquam fuisset, Comitis uteretur titulo, quasi & ipse lateri adhæsisset Principis, quo nobilior, rebusq; volebat videri tractandis aptior: ex parte observavit Ethienne Pasquier *des recherches de la France liur. 2. chap. 13. p. 147.* Atque hæc in tantum posteà excrevit consuetudo, ut Comes idem esset, quod judex. Id quod etiam constitutiones feudales innuunt *c. un. in princ. si de investit. inter Dom. & Vasall. 1. Feud. 26.* & disertè attestatur Petr. Pizarus *lib. 3. histor. Genuens. p. 64.* quando scribit, Comitem fuisse judicem ab Imperatore designatum, præfectumque civitati certæ, aut regioni. Bellicis in negociis eandem arbitror Comitum constituendam originem. Cum enim præcipuè nobilitatem viri Imperatores ac Cæsares in adeundis periculis fuissent concitatores, iidemque illis operam sedulò præstitissent, ipsis deinceps exercitus aut ex parte concredita, atque ex Comitibus inferioribus in primi ordinis Comitivam traducti *l. 1. C. de Comitib. rei milit. lib. 12.* Hoc significanter recipiendus Nicetas, Græcus author, qui in descriptione vitæ Andronici Comneni numen [illegible] posuit, Pithœus *lib. 1. des Comtes de Champagne*

1. *De Comitibus videndus Tholos. syntagm. jur. l. 6. c. 8. & 9. per tot.*
2. *De Comitibus qui provinciam regunt aptè l. un. C. de [illegible] 12. tit. 14.*
3.
4.
5. *Vid. Duaf. Comment. ad l. 2. C. de [illegible] lib. 12.*

6. *& de Brie p. 464.* Meminerunt alii Comitis Romani, qui alius non erat,
quàm præfectus militum, qui Romæ vigiliam noctu agebant, ut ex Caſ-
7. ſiodoro firmat Lipſius *de magnitudine Romana lib. 3. c. 9. p. 44.* Apertiſſi-
mè Leo Imperator c. 3. de bellico apparatu Comitem definit unius co-
hortis, ſive bandi præfectum. Suffragium fert Mauritii libellus de re mi-
litari, in quo Comes eſt, qui Legioni aut numero præfectus eſt, idemque
8. tribunus militum: Godes. Stevvechius *ad lib. 3. Veget. c. 2. p.* 144. Olim,
quantum ex Tacito licet colligere, apud Germanos Comites erant cor-
poris Ducum Principumque in bello præſidium, in pace verò decus. E-
amque Comitatus dignitatem proximam fuiſſe à Principum faſtigio, o-
mnibuſque aliis bellicis muniis ac dignitatibus ſuperiorem, ex eo con-
jicere datur, quod poſterioribus temporibus, cum Germaniæ gentes La-
tini ſermonis uſum adſumerent, eodem vocabulo, quo antea Romani
uſi fuerunt, eam & ipſi adfecerunt, quæ Principatus dignitati nunc et-
9. iam eſt proxima. Munus Comitum Germanicorum illius ævi idem fuiſ-
ſe judico, quod in bello hodiè eſt eorum, qui Ducum, Tribunorumque
militum, ſive chiliarchorum ſectatores patrio ſermone dicuntur, Auff-
warter / à verbo auffwarten / niſi quod antiquis illis major apud ſuos
Principes vel belli Duces fuit honos, noſtri nunc haud perinde ex virtu-
10. te omnes leguntur: Cluverius *lib. 1. antiq. Germ. c. 48. p.* 374. Sed & al-
terum iſtum ſignificatum, quo Comes judex eſt Germanos uſus docuit.
In Codice legum Caroli Magni & Ludovici filii de officio Comitum in
ſuis Comitatibus, hoc ſenſu mentio fit. Et notabilis eſt ejuſdem Caroli
Sanctio illa: Ut nullus ebrius ſuam cauſam in mallo poſſit conquirere,
11. nec teſtimonium dicere, nec placitum Comes habeat, niſi jejunus. Inter
leges Ripuarias (Ripuarii erant, qui Treviris ad Moſellæ ripam, ac inter
Moſellam, Rhenum, Moſamque fluminum accolæ habitabant: à Fran-
cis nempè vocata eſt Neuſtria & Auſtraſia: Choppin. *d. l. n. 15. pag. 45.*)
ita legimus: ſi quis judicem fiſcalem occiderit, quem Comitem vocant.
12. Adhuc hodiè quoque in quibuſdam locis Graff & Grave judicem ſigni-
ficat, & Coloniæ Agrippinæ Graff vnd Scheffen pro judice & Aſſeſſore
13. dicuntur: Beſold. *de Comitib. & Baron. n.* 4. Ducum & Comitum horum
officia probè deſcripſit Hincmarus Rhemenſis Epiſcopus, qui ſub Lu-
dovico Pio & Carolo Calvo floruit, *cap. 14. & 15. epiſt. 4.* Duces & Co-
mites, qui poſt Regem populum regere debent, neceſſe eſt, ut tales inſti-
tuantur, qui ſine periculo ejus, qui eos conſtituit, quos ſub ſe habent,
cum juſtitia & æquitate gubernare & officium adimplere procurent:
ſcientes, ſe ad hoc poſitos eſſe, ut plebem ſalvent & regant, non ut do-
minentur & affligant &c. Comites verò & vicarii, vel etiam Decani plu-

rimi placita constituant, & si ibi non venerint, compositionem ejus exsolvere faciant. Et qui prius per manninas veniebant, excogitaverunt quidam, ut per bannos venirent ad placita, & Choppin. dicto loco. De Germanicæ vocis Graven/ etymologia, varia congessit Johannes Gorop. 14.
Becanus *lib. 2. antiq. Antverpiens. p. 148.* * Sunt, inquit, qui Graven dictos volunt eos, qui fodiendis fossis oppidorum præsident: cum Graven idem sit, quod fodere. Verùm illi non animadverterunt Gravers potius, quàm Graven dicendos, si à fodiendo nomen adepti fuissent: deinde nihil falsius, quàm omnes, vel præcipuos, qui hac voce nuncupantur, fossioni præesse: alioquin omnibus erraturis, qui Graven eosdem faciunt cum Comitibus Latinorum: in quorum numero diversa admodum munia tractabantur, & intereà nullum munus, quàm fossio, quæ Ducibus potiùs exercituum in castris metandis conveniret, cui tamen non negamus Comitem potuisse præponi, sed hoc negamus, præcipuam hanc Comitum esse dignitatem, à qua nomen imponendum videretur. Comitum nomen præter notam significationem apud Latinos, etiam peculiari quodam modo tributum iis legimus, qui à Republ. cuipiam Proconsuli, vel Legato, vel judici ad consiliorum communicationem addebantur &c. Hinc posterioribus seculis Comitis nomen ad omnia ferè officiorum magisteria à Principe cuipiam, vel in aula, vel extra aulam mandata, translatum est. Sic Comes largitionum, sacri patrimonii &c. Dicuntur Graven/
q. Garavven/ & geminâ concisione Graven: cum tamen melius ad analogiam quadraret Gravven/ quo sanè modo principiò dici solitos existimo. Sed quia Gravven omnes cani homines significarentur, placuisse potiùs syncopen, minus illam quidem usitatam, commodiorem tamen ad vocum discrimen observandum. Fit a. Garau à Gar/ omninò vel maturè, & Au, quod est senex: Garau igitur idem est, quod Latinus efferret, omninò, vel maturè senex, admodum certè significanter positâ voce. Neq; enim satis est ad gravia officia rectè tuenda senem quempiam esse, cum & bis pueri senes quidam reperiantur, nec referat, ætaténe quis puer sit, an vitâ & moribus, ut Aristoteles admonuit. Sed opus est, ut quis sit senex omninò, vitâ nimirum & ætate, deinde ut maturâ etiam sit senectâ omnibus illis, quibus ad res benè gerendas opus est. Lyck- 16.
lama *membr. 5. elog. 9.* à Latino gravis, aut à Gallico *homme grave* (qualiter ob virtutem & animi præstantiam viros quosdam adpellitare sole-

* *Quum enim cum litibus judicandis destinati fuerint, constat antiquissimas lites de limitibus (unde litis nomen deduxit Isidorus* in c. forus. extr. de V. S.) *fuisse, inde vero illis a designandis fossarum intervallis & hinc ortis contentionibus limitaneis nomen* den Grevens *inditum fuisse. Heig.* part. 1. quæst. 2. n. 50.

mus) nostram deducit voculam. Rogerius ab Hovedum *annal. Anglic*
17. *part. sip. sub Henr. 2. pag. 67.* ut refert Kirchnerus *de Republ. disput. 3. thes. 1. lit. D.* Grieve / ridiculâ derivatione, deducit ab Anglico Grieth / quod pacem sonat, & latino væ, quod jure debeant facere pacem, qui patriæ inferunt væ, hoc est, miseriam & malum, Kirchner. *dicto loco,*
18. vocem Graff / potestatem designare ait, mutilatum verò unius literæ mutationem à Krafft. Adrianus Serickius *in Indice 2. originib. Celtic.*
19. suffixo contendit Graeff dictum, quasi Gaerhaeff / Celtis esse tributorum exactorem, perceptorem collectarum. Hodiè nobis, si de illustri
20. dignitate loquimur, Comes ille est, qui de Comitatu à Principe investitus *Dd. in c. 1. quis dicatur Dux &c.* aut alio titulo justo dignitatem Comitis, etiam sine terra, vel feudo, nactus fuit. Antonius quidem de la Sale, *in libro quem inscripsit la Salade lib.* 12. eum, qui Comes fieri desiderat, instructum debere esse notat quatuor Baroniis, quarum quælibet habeat saltem decem Nobiles sibi subditos, qui eum Comitari possint. Et edicto Regio Gallico 17. August. Anno 1579. cautum, monet Tholosan. *Syntagm. jur. lib. 6. cap. 9. num. 14.* ne in titulum Comitis quis transeat, nisi habeat duas Baronias & tres Castellanias, aut saltem unam Baroniam & sex Castellanias unitas, & nomine feudi possessas & investitus à Rege sub uno titulo. Sed hæc in Gallia, apud nos verò longè diversa rerum facies. Comitatũ autẽ juris Saxonici glossatores ita describunt, daß eine Graffschafft sey eine Jurisdiction oder eine gegent vnd Weichbildt / welche vor Alters dem Graven durch die Keyser verliehen worden / auff daß sie an jhre stadt daselbst Gerichtszwang hielten / vnd Jederman richteten / weil man den Keyser nicht vmb alle Sachen hat mögen besuchen. Quæ descriptio non omnibus hodiè poterit aptari Comitatibus, præsertim verò illis, ubi Imperatoris benevolentia certum districtum Comitatus titulo noviter insignitum voluit, & Comiti, non ut judici, sed ut illustri domino fidelitatis prævio sacramento concessit. Notabile est, si veritate & observantia fulcitur, privilegium feudi Comitatus, quod licet creditor in actione personali possit petere, se mitti in possessionem feudi, quod Vasallus tenet, ut ipse possit fructus percipere, etsi jus in illum non transeat Br. *in l. si finita. §. si de vectig. de damno inf.* tamen in hoc Comitatus feudo non fiat missio in possessionem hac ratione quamvis creditor posit percipere fructus: Bl. *in auth. et qui jurat. de bon. author. jud. poss.* Chassan. *in procem. comm. consuet. Burgund. ad verba Conte de Flandres.* Cœterùm Comitum non-
21. nulli simplici voce Graven insignes sunt, alii per compositionem dicuntur

cuntur

cannte Marggraven/ Pfalzgraven/ Landtgraven/ Burggraven rc. Marggrave/ Marchio Latinis, Gallis *Marquis*, Italis *Marchese*, originariâ significatione alius non est, quàm limitibus regionis cujuspiam præfectus: Gorop. Becanus lib. *2*. antiquit. Antuerp. p. 153. Ein Fürst / der vber ein solch Landt Richter ist / daß an den Gräntzen deß Reichs ist / Lag. *in comp. jur. civil. & Saxon l. 2. cap.* 8. Marck enim nobis est limes, unde Gemerckung/ Marckstein. Et signum vocatur Marck / propter necessariam ejus considerationem, qui in Regionibus quidem limes est, in aliis nota quædam propria sua cujusquam. Itali & Hispani eandem vocem à Gothis sunt mutuati, quæ perpetuò, dum ipsis manebit Marca, erit. Ex quo patet, Latinam linguam Teutonum phrasibus & vocabulis in hanc formam, quâ nunc ea, quam Romanam vocant, & scribitur & effertur, redactam fuisse. Hinc Marca Anconitana, Trevisina, & quamplurimi alii limites. Non enim Marchio, aut Marchia, à mari 22.
dicitur, q. marica pro marina, Fauchet *d. l. 1. cap.* 3. ut voluêre plerique Interp. *ad c. 1. quis dicatur Dux 2. Feud. 20.* sed à finibus, ut dictum, qui tamen plerumque mari adjacebant, Vult. 1. F. *num* 14. licet hoc generale non fuerit, ut infra Marchionum specialior consignatio manifestum dabit. Impugnat hanc sententiam Sabinus *lib. de appellat. March. Brandenburg.* quod non sit verisimile, Imperii Romani provincias, adeo cupidè amplexas fuisse titulum Marchiæ Germanicum eumque usurpasse multò ante quam in ipsa Germania usurparetur; cum constet in Italia jam dum extitisse Marchiam Tusciæ Eporegiæ, Veronæ, Aquilejæ, & alias plures. Putat verò nomen esse Græcum & corruptum. Nomarchiam enim Græcè dici provinciam, unde resecta syllaba mansisse Marchiam. Huic respondet Heigius *part. 1. quæst.* 23.
2. num. 60. & communem firmat. Sunt qui Marchiones à Marchione quodam Trojano dictos perhibent. Irenic. *lib. 3. exeges. German. c. 102. pag.* 94. Alii à Marcomiro Francorum Duce: alii à Marcomannis equitatu potentibus populis. Alciat. *de duell. c.* 32. qui exinde Marchiones equitum magistros interpretatur. Quem in sensum ferè Lyclama *5. membr. eclog.* 9. scribit, Marchiones censeam esse Comites, quorum nobilitas sit Equestris, uti Landtgraviorum pedestris. Hos contra pugnat Johan. Gorop. Becan. *dict. lib. pag.* 150. Albinus in Meißnischen Chronick *titul. 9. pag.* 211. nec non Besoldus *d. dis. num.* 10. & Wurmbrmann *de jure Principatus conclus.* 85. *lit. d.* olim complures Imperii Marchiones numerare licuit, ut Albin. *d. l.* & alii monent. Goldast. *in corpore membror. Imperial. German. tom. 1. constitut. Imper. p.* [illegible] *habet*, Marchionem Ostlandiæ, est Orientalis Misniæ, Marchionem

Quatuor olim fuerunt Bojaria Marchiones: Auentin. lib. 3. annal. Bojor. p. 151.

Landspergensem, Marchionem Lusatiæ, Marchionem Budissinum, Marchionem Görlicensem, Marchionem Hochbergensem, Marchionem Rœtelensem, Marchionem Cambensem, qui & Vochburgensis in Bavaria, Marchionem Histriæ, Marchionem Burgoviæ, Marchionem Segusianum, qui nunc Suzensis ad pedes montium Italiæ, Marchionem Stadensem in Saxonia, Marchionem Antuerpianum, qui vulgò, Sacri Imperij, Marchionem Nummeniæ in Lotharingia, Marchionem Franchimontii in Belgio, Marchionem Pontamussoni in Lotharingia, Marchionem Salutiarum, qui inter Germaniæ Senatores receptus fuit sub
25. Ludovico Bavaro Imperat. De authoribus nonnullorum Marchionatuum prædictorum hoc ex Albino subjicio, das Marggraffthumb zu Meissen ist vom Keyser Heinrico Anno 931. auffgerichtet vnd vollzogen worden / Albinus in Meißner. Chronic. tit. 9. pag. 207. Entweder (pag. seq) wider die Milzenos, wie sie Ditmarsus nennet / oder wider die Wilmen / Wenden (wie etliche wollen / es sey alles eins) oder ad reprimendas excursiones Hungarorum & Sarmatarum, ut voluit Beutherus in genealog. oder contra Bohemos, ut sentit Philippus *in Chron. P. pag. 209.* addit, die Brandeburgische Marck ist bestellet worden / wider die Henetos, vnd langst zuvor / die Landesbergischen in Osterland / vnder der Statt Leypzig / welche / wie man darvor helt / sey von den Fränckischen Königen vnd Keysern / angefangen worden / wider die Scrabos, die Meißnische Marck wider die Böhmen / die Marck zu Laußnitz wider die Polen vnnd Schlesien / so dazumahl noch vnter den Pohlen begriffen worden / vnd drunden an der See die Schleßwigische Marck / wider die Dänen / daher auch noch der Namen Dännenmarck hinderstellig ist / *pag. 216.* vnder Diterico I. der Francken König / soll die Marck zu Antorff in Niederland / welche man præfecturam limitis Armorici bißweilen Anglici geneñet / auffgerichtet sein / *pag. 217.* die Marcken zu Oesterreich vnnd Steyermarck hat Carolus Magnus auffgerichtet / nach dem er die Vngern geschlagen hatte / &c. Hodiè præcipui Marchiones Imperii sunt, Brandenburgensis, Misnensis, Ba-
26. densis & Moraviæ: Matth. Steph. *de jurisdict. lib. 2. p. 1. c. 4. v. 11.* qui licet limitum nunc defensores non sint, nomen tamen ex consuetudine
27. veteri adhuc illis integrum est. De Marchionibus Galliæ Choppinus *de domanio Franciæ lib. 1. tit. 5. n. 9. pag. 42.* hæc habet: Cenomanus, Meduanæ Baronatus in Marchiam transmutatur principali indulgentia *an. 1544.* Pari titulo honestati sunt Nigellanus Comes, *Mens. Nov. An. 1546.* & Bellipratuli Andium Regulus, *die 15 Febr. 1554.* Huc confer novam Maigneleti Marchiam in nostra Belgica, statutam favore Piennei agnatis:

gnatis: Quam honorificis notis coarctarunt Lutetiani PATRES, *Augusti luce 14. An. 1566.* Carolo 9 Francicis rebus moderante. Idem Alleraci ut Armoricis Marchionem Rex fecit Dynastam de Rieux, *postridie Kal. April. an.* 1574. Cui Principis elogio Senatum Rhedonensem suas quoq; partes accomodasse, testatur Natalis Du Faith, ejusce conscriptus Curiæ, in Gallicis suis Britonici Fori Miscellaneis. Ast Marchiæ d' Epinay regio diplomati Senatus hic Britonicus modum præscripsit, ne qua fraude, captioneve, ac præjudicio Baronis de Vitre patroni, Marchia locum haberet. Quippe quæ Baroni Vitræo clientelæ lege esset obnoxia. Decreto *14. Cal. Octobr. 1576.* eodem hoc anno, Alegrius Baro impetravit à Principe eminentiorem Marchionis dignitatem. Possem hic subjicere novos Marchionatus *d' Arc en Barrou*, in Burgundia, de Thury & Thorigny, in Normania, de Gallerande in finibus Cenomanorum, de Queuures, in Suessionibus, cum aliis complusculis: Sed quos novissimorum temporum cæca ambitio, fumosarumq; fastus imaginum expresserit. Cæterum si Tholosanum sequimur *6. Syntagm. jur. cap. 9. 12. 14.* qui Marchionis titulum à Principe desiderat, habeat oportet quinq; aut sex Baronias in sua conditione, in quarum minima sint saltem decem nobiles, sibi subditi. Tot si possederit, geniculatus poterit donari dignitate Marchisatus sub titulo & nomine alicujus civitatis insignioris sibi subditæ, hominium novum offerens præstansq; Principi. Investituræ ejus est insigne & symbolum gemma pyropus, quæ Gallis Rubinus, species est carbunculi, quo Princeps investiendo medium digitum Marchionis ornat cum annulo, sacris peractis sacratissimæ liturgiæ. Edictum Regium Gallicum *anno 1579. 17. Aug.* præfert Marchiones proculdubio Comitibus: statuit tamen, ut antequam Marchisatus dicatur, sit compositus ex tribus Baroniis & tribus Castellaniis, unitis sub uno titulo, ratione cujus Regi præbeatur fidelitas. Hactenus Tholosanus Cujus notæ an nostra in Germania observantiam meruerint unquam, non sine ratione dubites. Co- 25.
mes Palatinus seu Pfaltzgrave à nonnullis dicitur ein Richter deß Keysers oder Königlichen Hoffs. Pfallentz enim olim, hodie Pfaltz idem est, quod Palatium, & Argentinæ nunc hodiè Curia, das Rahthauß vocatur die Pfaltz/ Wehner/ *in observ. practic. verbo* Pfallentz *p. 548.* Ac Goslaria appellata fuit ein Pfaltzstadt/ quod in ea Imperatorum curiæ solebant conscribi, Arnisæus *de I. Maj. l. 2. c. 4. n. 15.* Speculi Saxonici *lib. 3.* Landtrecht *art. 53.* glossa aliud inculcat *Dd. ait:* Dieser Nam Pfaltzgraf ist zusammengesetzt von Welschen vnd Teutschen. Ein Pfellere bedeutet einen gezwungenen Herrn/ oder ein gezwungen Reich/ vnd ein Graff bedeutet

Pfaltz Grave [illegible] Pallatzgrave.

einen Richter. Cum quo transit Paurmeister *de jurisd. Imper. Rom. l. 2. c. 10. n. 6.* ubi ait: Pfaltzgraffen esse, qui dixerunt jus bello partis pacatisq; provinciis. Petrus Pithœus *liur. 1. des Contes de Champagne & Brie p. 479.* non multum ab hac abludit opinione, imò verò eandem latius quodammodo, nec ad partas tantum bello extendit provincias. *Il est certain que sons nos Rois & Empereurs François & Allemans, Comte palatin (le quel pourtant ie ne veux nier avoir prins son non du palais) est cely qui estoit ordonnè & delegue par le prince, ou Empereur, pour juger des differens en une certaine region ou province*: certum est, inquit ille, nostris sub Regibus & Imperatoribus Francis & Germanis, Comitem Palatinum (quem tamen nomen suum â palatio traxisse, inficias haud ibo) esse illum, qui constitutus & delegatus erat â Principe, aut Imperatore judex, ad terminandas lites & controversias in certa regione & provincia. Verùm non per omnia hoc convenit descriptioni officij Comitis Palatini, quam exhibet, â vetustioribus mutuatam, Andrè Fauyn *des premiers officiers de la coronne de France liur. 2. chap. 6. p. 131.* qua mihi videtur firmari, in palatio demum Principis sui, non verò in provinciis, Comitem Palatinum, ut maximè quidem de litibus provincialium jus dixisse. * Verba hæc sunt: Comitis palatij inter cætera penè innumerabilia, in hoc maximè sollicitudo erat, ut omnes contentiones legales, quæ alibi (de Iuges Subalternes) ortæ, propter æquitatis judicium PALATIUM aggrediebantur, justè ac rationabiliter determinaret: seu perversè judicata, ad æquitatis tramitem educeret. Vt coram DEO propter justitiam, & coram hominibus
32. propter legum observationem cunctis placeret. Beatus Rhenan⁹ ** non
33. â Palatio Principis, Palatinum (Hoc nomine Palatini olim dicti aulici, memoriales, agentes in rebus, & apparitores, qui literarum militiam in palatio faciebant, aut mandata & jussa Imperatoris exequebantur: Bulenger *de Rom. Imper. lib. 2. c. 18. p. 144.* vel ut Estienne Pasquier. *des recherches de la France liur. 2. chap. 10. p. 128. Les Empereurs appelloient palatins ceux qui estoient leurs Conseilleurs ordinaires*: h. e. Imperatores, quos ordinarios â consiliis habebant, appellabant palatinos) Sed â Regione, cui Capellatij, vel Pallas nomen dictum ait, ex Ammiano Marcellino *lib. 18.* quæ est, ubi Comites Palatini resederunt circa Heydelbergam: Knichen *de Saxon. non provoc. jure verb. Electorum c. 1. n. 134.* Sed hanc opinio-

* *Comes Palatinus Vicem Cæsaris præsidendo senatui principali defungebatur: fidem Imperatoris implorantibus aderat, jusq; reddebat, fiscum Augusti, prædia Salica, reditus Regios procurabat: Cæsareum censum exigebat. Nil citra ejus authoritatem Duci, aut decernere, aut statuere licebat. Aventinus* lib. 4. annal. Boior. p. 297.

** *Rhenano adstipulatur Tholosan.* lib. 6. Syntagm. jur. c. 8. n. 16.

nem

nem nec Freherus de originibus palatinis, nec Pithæus *d. l. p.* 484. nec Munsterus *lib. 3. Cosmograph. c. 344. p.* 836. admittit, & rectè. Quamvis enim non negem, Comitem Palatinum, bonam ejus provinciæ partem, quæ olim Pallas dicta, possedisse, attamen cum nondum satis certus sim, 34.
eundem, dum nomen Palatini consecutus fuit, prædictam obtinuisse provinciam: nec an illa idem nomen vetus inter Germanos quoq; retinuerit, malo cum prima, quàm cum hac transire opinione. Præterquam enim, quod si nomen istud Pallas non fuisset immutatum, non rectè diceretur Palatinus, sed Pallatinus, utiq; haut opus fuisset adjungere Rheni, quod vocabulum aliud nil importat, quàm ut hunc distinguat ab aliis Palatinis, Petrus Pithæus *l. 1. de Comit. Campan. & Brye. p.* 441. Nam secundum Schwabenspiegel *l. 1. c. 19.* in Teutschen Landen hat jedes Landt 35.
seinen Pfalzgraven Sachsen hat einen Beyern hat einen Francken hat einen: Schwaben hat einen. Inter quos Suevicus, sive Rhenanus, & Saxonicus erant superiores, qui sub se alios inferiores Palatinos habebant. Et Rhenano quidem Suevicus, Bavaric⁹ & Franconicus subjecti erant. Quibus tandem Henricus 3. Imperator, cognomento Niger, subacto Hungariæ Regno & restituto Petro Rege, fidelitate ab eo recepta, petentibus ordinibus Palatinum Hungariæ adjecit, *Anno* 1042. Item recuperatâ Campaniâ & Imperio Germanico unitâ, Palatinus Campaniæ constitutus est *Anno* 1054. Conradus quoq; 3. Imperator Poloniæ Palatinum confirmavit *An.* 1146. & Fridericus 1. Imperator Burgundiæ & Viennensis Provinciæ Palatinum instituit, *Anno* 1199. Goldastus *tom. 3. constitut. imperial. p.* 403. Pierre Matthieu *tom. 1. liur. 1. narrat. dern. de l' histoire d' Henry* 4. *p.* 179. & de Comitibus Palatinis Companiæ, Pithæus *d. l. p.* 448. ac Andrè Fauyn *d. lib. 2. chap. 8. p.* 154. ubi, quam adjicit rationem, suspectam habeo meritò. Est verò illa: *Ces Comtes de Champagne portoient le tiltre de Comtes palatins pour ce qu' ils avoient palais pour tenir cour pleniere garnie de pairs & officiers, a l' instar des Roys de France.* id est, Comites si Campaniæ utebantur titulo Comitis Palatini, quia habebant palatium, ut tenerent integram curiam, instructam Paribus & officiariis, instar Regum Franciæ. Est & apud historicos vestigium Comitis Palatini Italiæ, qui sedem habuit in Lunello, castro Imperiali, de quo etiam Güntherus in Ligurino lib. 3. 36.

Et nunc ille comes consors & Regius Aulæ
Ille potens princeps, sub quo Romana securis
Italiæ, punire reos de more vetusto
Debuit, injustè victrici cogitur urbi

Vt modicus servire cliens, nulloq; relicto
Iure sibi, dominæ metuet mandata superbæ

37. Pithæus *d. l. p. 484.* In Imperio hodiè Palatini Comitis titulo clari sunt, 1. Elector Bavarus, & qui fortunam novercam habuit Fridericus, sedibus pulsus avitis. 2. Bipontinus. 3. Neoburgicus. 4. Simmeriensis. 5. Lautreccensis. 6. Luzzelsteinensis. Et 7. Birckenfeldensis. Nolden. *d. c. 8. n. 156.* Habet autem & Vngariæ Regnum Palatinum, & Polonia plures.
38. De illo hæc est à Choppino *de domanio Gallico lib. 3. t. 5 n. 4. p. 447.* ex juris consuetudinarij Codice relata constitutio: Hungariæ Rex palatinum cum consilio Regni eliget: is in electione Regis primum habet votum. Regis impuberis tutor est, duranteq; pupillari eâ ætate, ei debent omnes obedire. Est etiam in generali expeditione supremus Capitaneus. Rege & Regno dissidentibus, mediator esse debet ad pacem constituendam. Regis ignari aut simplicis defectum supplet, in respondendo Oratori-
39. bus, Regis absentis vicem gerit. Poloniæ primates verè masculi vocantur Palatini, duodecim, nunc verò plures, ex omni procerum numero, quorum suæ quisq; regioni, divisa in totidem regiones tota Sarmatia:
40. Idem *lib. 1. tit. 5. n. 21. p. 49.* Deniq; restant & alij, qui titulo Comitum Palatinorum fulgent quidem in Imperio & extra illud, sed cum de Palatinatu, mit einer Pfaltzgraffschafft / investiti non sint, respectu propriè ita dictorum, ut Ausonius ait: sunt

Muneris exertes, nomine participes.

41. Germanicè dicuntur deß Reichshoffgraven. Ratio nominis inter alias hæc dari poterit, quòd isti Comites inde Palatini audiant, cum aliquid de palatio Imperatoris, per metaphoram intellecto, hoc est, de ejusdem potestate (ut paulò post apparebit) participent. Vocantur iidem nonnunquam Comites Sacri Palatij Lateranensis, Aulæ Cæsareæ, ac Imperi-
42. alis consistorij. Prius quomodo illis, qui ab Imperatore creantur, convenire queat, dubitari poterat. Est enim hoc Palatium, ut superius quoq; innuimus, Romæ & Pontificis sub manu ac potestate. Freherus *ad Petrum de Andlo lib. 2. de Rom. Imp. c. 6. p. 134.* ait, hoc Palatium, licet cum aliis urbis partibus Cæsarum indulgentiâ in Pontificum manus venerit, honorario tamen quodam Comitivæ titulo veteris dominij memoriam verbotenus conservavit, apud eos, qui Comites sacri Palatij Lateranensis
43. dicebantur. Thomas Sagittarius *in disputatione inaugurali de jure & privilegiis Comitum Palatin. Cæsareorum* difficilis expeditionis censet, rem
44. acu hìc tangere, nomen mansisse, rem videri amissam. Miror equidem, in omni literatura Excellentissimum Freherum non habuisse aliud, quod responderet. Ego, quod Sagittario difficile visum, ita mihi facile futurum

arbitror.

arbitror, si, ut veritas est, duplex agnoscam Lateranense Palatium. Vnum Romæ, primaria sede Imperatoris in Italia; alterum Aquisgrani ejusdem primaria sede in Germania. De illo dixi alibi, & res omnium confessione clara me hic non detinet. De hoc cui dubium surgit, is in additione legum Carolinarum Ansegisi hæc perpendat, quę ibi notavi, verba. Anno incarnationis Domini. 817. Imperij verò gloriosissimi Principis Ludovici 3. Idus Julij in domo Aquisgrani Palatij, quæ Lateranis dicitur &c. Ponamus nunc Imperatorem nihil amplius habere juris in Italicum illud, utiq; tamen habebit hoc in ipsum. Vnde ut olim illinc, ita hodiè hujus probo nomine creabit Comites. Reperio tamen, unum olim istius Palatij Lateranensis extitisse Comitem, cujus eximium hoc privilegium, Imperatori in actu inaugurationis & consecrationis honoris ergò assistere & ministrare. Quem Comitatum ab usurpatione Pontificum receptum & Imperio vindicatum invenio Castrucio Castracani, primo Duci Lucano, à Ludovico Bavaro Romæ collatum; diploma exhibet Freher *ad Petr. de Andlo, lib. 2. de Roman. Imper. c. 6. p.* 180. & Goldast. *tom. 1. Constitut. Imperial. p. 329. & seq.* Cæterùm Comites Palatinos an alij Reges & Principes superiorem non recognoscentes, creare soleant, nondum me observasse fateor, ideò de potestate eorum certus, circa voluntatem dubius hæreo. Regem quod attinet Galliæ, ferè in negativam prependeo, cum Petro Pithæo *de Comtes de Champag. & Brie d. liur. 1. p.* 485. ubi ita: *La puissance de creer Comtes Palatins n' a onc esté receue en France, ains rejette par tous nos ancestres comme abusive, tant pour le regard de ceux de l' Empereur es provinces mesmes, qui retiennent entre nous le nom de l' Empire, que pour l' esgard de ceux creez par le Pape, que les Canonistes aussi tiennent n' estre pas proprement Comtes. Et de ma part ie ne pense point qu' il se puisse remarquer aucun tel Comte Palatin fait par nos Rois, depuis Charle le Chauue: si non que quelquun se veille arrester a ce que Glaber appelle en son latin Comte du Palais un Hugnos de Beannois*: *hoc est*: Potestas creandi Comites Palatinos, nunquam in Gallia fuit recepta, verùm à majoribus nostris omnibus explosa, tanquam abusiva, & hos quod concernit, qui ab Imperatore in provinciis etiam illis, quæ apud nos quoq; nomen Imperij retinent, & illos, qui à Pontifice creati, quos Canonistæ itidem propriè Comites esse negant. Et, quantum ad me attinet, arbitror, haud posse observari, vel unum ejusmodi Comitem creatum fuisse, à nostris Regibus post Caroli Calvi tempora, nisi quis voluerit moveri eo, quod Glaber in suo Latino, Comitem Palatinum nominet quendam Hugo-

nem de Beannois. De Imperatore & Pontifice notum eſt, quod uterq; Comites hujuſmodi creare ſoleat, concedendo iiſdem poteſtatem inſignem, certa tamen ad capita pro benigna concedentis voluntate, reſtri-
47. ctam. Quorum quotidiana & vulgaria ſunt, ut poſſint creare Notarios & tabelliones, legitimare ſpurios (de quo videndus Gabr. Romanus *lib. 6. concluſ. tit. de legitimat. concluſ. 5.* Forſterus *de ſucceſſ. lib. 6. c. 35.* & locos communes Brunonis à Sole *tit. Comes Palatinus*, & Tiraquellus *de Nobilitate c. 23. n. 19.* Vbi ex aliis notat in privilegiis Comitum Palatinorum de legitimandis baſtardis * plerumq; excipi filios Nobilium) & judi-
48. ces conſtituere ordinarios. Non omnibus verò, ſed aliquibus tamen, ab iiſdem, ſpeciali beneficentia datur, ut poſſint I. & ipſi Comites Palatinos creare. Tale eſt privilegium Caroli V. Imperatoris, quod Gabrieli Comiti ab Ortenburg, & ejuſdem deſcendentibus maſculis conceſſit
49. *Anno 1524. 21. Mart.* II. Doctores tam in Medicina, & Philoſophia, quos magiſtros appellamus, quàm in utroque Jure ac Theologia. De quibus quid habendum, & an iiſdem cum Doctoribus promotis in Academiis approbatis gaudeant privilegiis, dixi *diſput. 4. de Academ. th. 2.*
50. *lit. f.* III. Poëtas laureatos, ut nuncupant. IV. Nobilitare. Fritze *de Nobili-*
51. *tate concluſ 8. lit. 6.* allegans poſt Sixtinum *de Regalib. lib. 1. c. 4. n. 104.* Tirequellum *de Nobilitate c. 6. n. 6.* qui tamen Comitum Palatinorum ibi
52. ne verbo quidem mentionem facit. V. Inſignia, Wapen / concedere.
53. VI. Minores, Eccleſias & communitates in integrum reſtituere, atque
54. ita illæſas ſervare. VII. Tutores & curatores confirmare. VIII. Adoptioni-
55. bus, arrogationibus & emancipationibus quibuſcunque, omnium &
56. ſingulorum, etiam infantium & adoleſcentium conſentire. IX. Veniam
57. ætatis concedere. X. Alienationibus minorum, ac alimentorum transactionibus authoritatem & decretum interponere. De quibus Sa-
58. gittarius *d. diſputatione.* Hanc poteſtatem qui nacti ſunt Comites Palatini, ipſimet quidem eam exercere poſſunt, at aliis delegandi poteſtatem ordinariè haud habent: Sixtinus *lib. 1. de Regalib. cap. 4. num. 110.* Janin. *de citat. real. lib. 1. c. 1. n. 974.* Fritze d. l. niſi ſpecialiter hoc ipſis ab Imperatore conceſſum ſit. Quis enim in ejuſmodi negotio liberalitati Principis limites dabit? Conceſſum id tamen hactenus non
59. reperio. Vbi, ſeu quibus in locis ab Imperatore creati Comites

* *Quemadmodum nonnunquam plures Notarij actui alicui adhibentur, ita interdum fit, ut quis ſe faciat legitimari non ab uno tantum, ſed & ab alio Comite Palatino. Exemplum vide apud. Frider.* de Cam. proceſſ. lib. 1. c. 12. n. 3. *quod illuſtrat Sixtinus* de Regal. lib. 1. c. 4. n. 106. *Vide Gail.* lib. 2. obſervat. 442. circa f.

Palatini

Palatini, potestate sua uti possint, partim ex privilegiorum, si speci-
ales sint, tenore, petendum est, partim, si generalia existant, ex com-
muni jure, quod cujusque potestatem ad sui territorij carceres restrin-
git. Vnde dubium non est, in Imperio, si Imperiales sint isti Comites,
licitè secundum privilegij tenorem operari. Quod tamen nonnulli ita 60.
limitant, ut Comites hujusscemodi legitimare haud posse asserant in
terris Imperij, de quibus aliquis Princeps cum omnimoda potestate
fuit perpetuò investitus, sine licentia ipsius Principis. Exempla po-
nunt Ducatum Mediolanensem & Montisferratensem &c. qui alle-
gantur à Ludovico Rudolfino *de origine, dignitate &c. Ducum Italiæ*
n. 90. & seqq. Sed quid dicendum de Comite Palatino Imperatorio, 61.
quando in Imperij Provinciis, alterius cujuspiam Principis, qui sub
Imperatore non est, subditum legitimare voluerit? Crottus & alij com-
munem dicunt opinionem, posse à Principe concedi legitimatio-
nem his qui subditi non sint, etiam ratione bonorum extra ipsius Prin-
cipis jurisdictionem existentium, modò adsit consensus illorum, quibus
talis legitimatio præjudicat. Inde consequentia eadem ad Comites
Principis trahenda videbatur, cum Principis hac in passu repræsentet
personam. Rectiùs tamen Covarruv. *tom. 1. operum part. 2. de matri-*
mon. cap. 8. §. 8. n. 43. negativam fovet *arg. cap. per venerabilem, qui filij*
sint legitimi. Novell. 89. c. 9. & eorum, quæ notavit Anchoranus, *con-*
sil. 320. Abbas *in d. c. per venerabilem num. 23.* & ibi Anton. *4. col.* Qui-
bus accedit quod notat Domin. *in c. cum ex eo in gloss. verb. sub certo de ele-*
ction. in 6. dicens, etiam erga subditum non posse quem exercere vo-
luntariam jurisdictionem respectu rei, quæ extra ipsius jurisdictio-
nem existit. Quid verò, si extra Imperij limites consistens Comes, 62.
alterius voluerit legitimare subditum, Imperium non recognoscentis?
Hanc postquam movisset quæstionem Sagittarius *d. disputat. th. 9.*
lit. a. unico vocabulo, Videbo, respondet: quod solenne & famili-
arissimum totam habet per disquisitionem. Quid autem viderit ipse, mi-
hi non constat, nunc videre planè desiji. Responsio eadem hic esse debet,
ac si de ipso Imperatore quæsitum foret, cum ejus Comes, ut modò mo-
nui, personam repræsentare videatur. Quibus affirmativa placet,
duplici potissimùm nituntur anchorâ. 1. quod legitimatio sit jurisdictio- 63.
nis voluntariæ, quam magistratus etiam extra territorium suum exer-
cere potest *l. 2. ff. de offic. Procons.* Jason *in l. 1. ff. de jurisdict. lin. fi.*
l. 1. ff. de adqu. Vnde *l. ult. ff. de jurisdict.* de contentiosa solum
exaudiunt DD. ibidem. Marcus de Mantua *singul. 141.* Kirchen. *de*

64. *sublimi territor. jure c. 1. n. 34.* 11. Quod Imperator sit Dominus mundi *l. de precario 9. ff. ad l. Rhod. de jactu*, indeq; omnia Regna & mundi partes habitabiles ipsius sub Jurisdictione contineantur. Mihi modus distinctionis placet, cujus usus in sequentibus apparebit liquidò. Aut quærimus iis de Provinciis, quæ ad Imperium modo quodam pertinent, puta, quarum Imperator patronus, protector, advocatus &c. consistit, licet de facto, quoad cætera eidem non pareant: aut de illis, quæ nullo modo Imperio agglutinatæ, nec proinde Imperatoris quicquam faciunt potestatem. De prioribus ita statuo: Imperatorem in illis vel per se, vel per comiter Palatinos legitimare posse. Cum enim hi Majestatem Imperatoris Comites observare (ut phrasi *l. non dubito 7. §. 1. ff. de captiv. & postlim. reverſ.* utar, benè explicatâ ab Arnisæo *de jure majest. lib. 1. c. 4. n. 9. p. 105.*) teneantur, quid miri, si & hoc in passu eam salvâ debitâ reverentiâ coarctare nequeant. Cumq; Imperator Lotharius ad januam B. Petri ipsa in Roma leges promulgarit. *1. F. 19.* quid obstabit, quo minus successorum alius consimile quid peragat. Huc refero plerasq; Romanæ Ecclesiæ terras, quas, quibus titulis judicent nunc alij, ab Imperio acceperunt, quarumq; Imperator, ut totius quoq; Ecclesiæ ac Pontificis (qui jam inde ab ævo Constantini Magni in Cæsarum clientela extiterunt: Matt. Magerus à Schönberg. *de advocatia armata. c. 6. n. 18.*) rectè advocatus Vogt / Schutz: und Schirm Herr dici potest. Quod autem Vin-
66. centius Hondadæus *consil. 64. n. 14.* scribit, Imperatorem hodiè non posse in Italia, ditionis quæ est Pontificiæ „ subditum Pontificis restituere natalibus, sine Pontificis consensu, illud pro Canonico minimè habeo, & novi complures à Trentacinquio in contrarium allegatos. Carolus deniq; V. Imperator potestatis Imperatoriæ egregium in Italia confecit monumentum, dum Procuratori nationis Germanicæ, Bononiæ literis operam navanti, quamdiu hoc in officio regit, sacri Lateranensis Palatij, Aulæ & Imperialis consistorij Comitis titulum tribuit, cum potestate creandi Notarios judicesq; ordinarios, legitimandi naturales bastardos, spurios. De posterioribus hanc formo regulam. In illis legitima-
67. tionem Imperatoris nullius esse efficaciæ, nisi provinciarum superiores in eandem consentiant. Consensu enim eo deficiente, & ratione territorij, & ratione non subjectæ personæ, irritus erit omnis conatus, Atq;
68. huc pertinet, quod Petrus Pithæjus *des libertes de l' Gliſè Gallicane*, *inter opera pag. 518.* consignavit: *les Comtes qui s appellent Palatins crees du Pape ne sont recognus en France pour y user de leurs pouvoirs ou privileges, non plus que ceux crees par l' Empereur.* Hoc est: Comites, qui se Palatinos nominant, creati à Pontifice, non admittuntur in Gal-
lia,

lia, ut potestate & privilegiis suis ibi queant uti, non magis, ac illi, qui ab Imperatore tales creati. Unde cum Joh. Navarrus, qui pro Comite Palatino se gerebat, authoritate Pontificis. Notarios quosdam creasset, alios natalibus restituisset, in Galliis, majestatis damnatus fuit decreto Curiæ Tholosanæ: Benedict. *in c. Raynutius. in verb.* & uxorem nomine Adalas. *quæst.* 241. Ne hilum verò moveor, supra quas dixi ab aliis formari rationibus. Ad primam respondet Bocerus, *de Regalib. c. 2. n.* 10. 69.
pag 102. Magistratus jurisdictionem suam voluntariam etiam extra territorium suum exercere posse, si eam exerceat & extendat in personas jurisdictioni suæ subjectis. Quod ante ipsum quoque docuit Covarruvias. *d. l. num.* 44. ubi tradit, regulam prædictam veram esse, si jurisdictio voluntaria exerceatur inter proprios subditos, vel eos, qui proprio consensu possunt prorogare jurisdictionem, & quorum bona intra territorium ejusdem existentia *c. novit. de off. de leg.* Bl. *in l.* 1. *Cod. de jur. aureor. annul.* Licet equidem ego hancce Doctorum interpretationem, 70.
quadantenus admittendam censeam: attamen ipse ex *l. 2. ff. de offic. proconsf. & l. 36. §. 1. ff. de adopt.* responsionem paratam habeo aliam: Proconsules duplici erant præditi jurisdictione, unâ, quam contentiosam, alterâ, quam voluntariam dicunt leges. Contentiosam exercebant ea quilibet in provincia, quæ ipsi erat decreta *l. 1. l. 4. §. 5. ff. de offic. proconsulis.* Voluntariam statim ubique, postquam urbem egressi *d. l. 2.* etiam in ea provincia, quam sortiti non erant *d. l. 36. §. 1.* Hoc est, voluntariam exercebant toto in Imperio Romano: contentiosam tantùm in aliqua ejusdem Imperii provincia: Idem statuimus de Comite Palatino, cui certa fortassis præter Comitivam contigit prærogativa, videlicet ut & districtum seu territorium aliquod habeat, ut in Comite Ortenburgico, de quo suprà. Hic enim & contentiosam & voluntariam obtinet jurisdictionem, illam suo in territorio, quod in Imperio est, hanc ubique in Imperio exercere potis est. Neuter autem horum, sive Proconsul, sive Comes noster, dictis in legibus dicitur, & argumento earum dici poterit, ullam exercere posse jurisdictionem extra provincias Imperii. Secundam quod attinet, quâ Imperator Dominus mun- 71.
di prædicatur, commiseratione potiùs eget, quàm responsione. Quàm enim absurdum sit, Imperatori totius terrarum Orbis constituere Dominum, supra suo deduximus loco. Denique quid dicemus de eo, an 72.
Comes extra Imperii limites constitutus, exempli gratiâ, in Gallia, Anglia, vel Hispania, possit ibidem legitimare subditum Imperii, ibi præsentem. Covarruvias *d. l. n.* 46. *de Princip.* respondet, sed ad Comitem

 eadem

eadem trahenda responsio, quod possit subditum sibi in alieno territorio existens, legitimare, ubi nullus est citandus, vel is, qui citandus est, absq; citatione legitimationi consensit. Addit praeterea hanc assertionem locum habere, etiam quoad bona intra alterius Principis territorium existentia, modò praejudicium aliquod non fiat subdito alterius Principis, cum hic persona principaliter legitimetur, quam res ipsae sequantur, quocunq; loco existentes: Romanus *consil.39.* Decius *consil.207.* arg. eorumque tradit Br. *in l. legitimos. col.2.ff. de legit. tutor.* Sed nec hoc quidem facilè permissurum territorij Dominum crediderim. Et supra *lib.1. c.9.* dixi, Sigismundo Imperatori, cum vellet Lugduni in Galliis Comitem Sabaudiae Ducem creare, ab officiariis Regiis fuisse contradictum, ut
73. actum aliò remiserit. Illud quoq; circa Comites nostros in considerationem venit, iisdem allegantibus se potestatem habere legitimandi, non esse credendum, nisi id probent per privilegia desuper ipsis concessa, ut multis declarat Mascardus *de probat. vol. 1. conclus. 324.* Sixtinus *de Regalibus lib. 1. c. 4. n. 111. ubi n. 112.* firmat, ejusmodi Comites non posse uti clausulâ derogatoriâ: Non obstantibus. *n. 113.* non posse aliquem ad feuda legitimare, nisi specialiter hoc sibi habeant concessum. *n. 114. Vult. 1. F. 9. n. 99. f.* non posse legitimare ultra Nobiles, Principum, Comitum ac Baronum liberos. Cui addo doctrinam Gailij *pract. observat lib. 2. obs. 142. n. 9.* Comitem Palatinum non posse legitimare naturalem, in casu existentium legitimorum, nisi hoc ei expresse privilegio concessum sit. Datur autem haec Comitiva non solùm hominibus literatis, caetera ignobilibus, verùm etiam aliis illustri vel generosâ nobilitate conspicuis; quandoq; etiam ex corpore aliquo personae sublimiori, nonnunquam toti fa-
74. miliae. Bertoldus Comes ab Hennenberg, qui primus ex illustri illa domo Francofurti ad Moenum in conventu Statuum in ordinem Principum cooptatus est, inter alia regalia ornamenta hanc quoq; dignitatem Palatini Comitis â Ludovico Bavaro consecutus legitur: Cyr. Spangenb. *in Chron. Hennenberg.* Kirchn. in Morvillerio *lib. 4. c. 6. n. 83.* Et diximus paulò superius, Comitem Ortenburgensem à Carolo V. Comitem
75. Palatinum creatum. Maximilianus II. *Anno 1579. Pragae 9. Maij* Academiae Iuliae, quae Helmstadii est, Rectores, quamdiu dignitati Rectoratus praefuerint, Comitum Palatinorum titulo & auctoritate exornavit. Carolus V. nationis Germanicae Bononiae degentis Procura-
76. torem, quousque talis, Comitem Lateranensis Palatii constituit. Comites Ortenburgici modò laudatum privilegium totam ejus prosapiam masculinam afficit, ut tenor diplomatis habet: **Du vnnd deine Söhne/ vnd derselben Kinder vnd Nachkommen Mannliches stammes in Ewig-**

fecit. Idem de familia Amadeorum affirmat Sagittarius d. disput. th. 13. lit. 6 ut & de Comitibus de Thurn & Valle Sassiois, quos in suis titulis, inter alios & hunc apponere scribit: Cæsarei Comites Palatini hæreditarii. Quod an hoc nostro sensu fiat, an illo, quo & Archiduces Austriæ, quodam in diplomate Palatinis accenseri novi, dubius sum.

Landgraven sunt præfecti Provinciarum, Regionum Comites, seu judices: Petr. Bizar. l. 3. histor. Genuens. pag. 46. Aut ut vult Lagus. 77.
d. tr. l. 2. tit. 8. Judices Mediterranei, der da Richter ist eines Landes/ das zwischen deß Reichs Landen ligt. Horum in Imperio quatuor po- 78.
tissimùm numerantur: Landtgravius Thuringiæ: (qui titulus hodiè communis est omnibus Saxoniæ Ducibus) Landtgravius Hassiæ. Landtgravius Alsatiæ: (quo titulo non tantùm Archiduces Austriæ, sed & Episcopi Argentinenses utuntur vide R. A. zu Wormbs de anno 1521. in pr. & in f.) Landtgravius Leuchtenbergensis. Videatur Marth. Steph. de jurisd. l. 2 part. 1. c. 4. n. 11. Quibus quintum Landtgravium Franconiæ addit Goldast. in corpore membrorũ Imperij German. tom. un const. Imper. pag. 17. ut Nolden d. c. 8. n. 160. Landtgravium Susenbergiæ, qui hodiè sunt Marchiones Badenses, & ego Landtgravium zu Nellenburg/ qui est Marchio Burgoviæ. Atq; hos Principum honore censeri cer- 79.
tum est, cùm tamen & alij dentur Landtgravij, quorum munus in Principatus honorem non abiit. Tales censet Nolden d. l. n. 161. die Landtgraffen zu Bare/ qui titulus est Comitum à Fürstenberg/ Landtgraffen in Kleggaw/ qui est Comitum à Sultz (in subscriptione Recessus Imperij Spirensis de Anno 1570. tantùm dicuntur, Graven in Kleggaw) Landtgraffen zu Stülingen/ qui est Pappenheimii Mareschalli, & aliquando fuit Comitum Lupfiorum in Suevia. Unde etiam ratio ineunda est, quòd prædicti nomen Comitis deß Graffens præponere soleant nomini Landtgravii, ita scil. Graff zu Fürstenberg/ Landtgraff zu Bare.

80. Burggraven à Burg/ id est, castello, Wehner. in observ. pract. verbo Burgk pag. 81. Castellano limitaneo, Wilhelm. Paradin. de antiq. Burgstat. cap. 1. pag. 2. & 3. Stevvich ad Veget. l. 4 cap. 10 pag. 241. id est, arcis præsidiique præfectus. Ein Herr/ der eine Bestung deß Teutschen Landes zu Lehen innen hat Lagus d. l. Hodiè cum Imperatores in urbibus Imperii nulla castra propria habeant, opinatur Nolden d. l. n. 171. nullos esse ampliùs Burggravios: quod usquequaque consistere vix arbitror. Tum quod olim Burggravii non solùm arcium vel castellorum in civitatibus liberis erectorum fuerint, verùm etiam extra easdem aliarum deß Reichs oder Kayserlicher Burg; tum quod Burggra-

viorum

viorum titulos adhuc in usu videamus, nec sanè in omnibus steriles &
81. sine re. Alii dicunt, die Burggraven seind von den Käysern gemeiniglich
nur zu den Bisthumben gesetzt worden / den Stifften und Kirchen als
Verwaltere der Gerichte / welche die Bischoffe damahls nicht gehabt /
beyzuwohnen / und dieselben / so es von nöhten / auch wieder Gewalt zuver-
theidigen. Albinus in Meysnischer Chronick. *tit. 8. p. 199. ubi subdit.* Wie-
wol diese Meinung nicht durchauß unangefochten bleiben kan / wenn man
82. betrachtet / daß nicht allein bey den Bisthumben / sondern auch anders-
wo Burggraven gewesen. Wie dann allein im Lande zu Meissen gar vie-
lerley Burggraven gewesen / als neben Meissen / zu Leißnick / Altenburg /
Dewin / Danen / Zeitz / Kirchberg. So lesen wir auch von dem Burg-
graven zu Golsen / zu Wettyn / und andern mehr. Darauß also zuschlies-
sen / daß die Kayser vor zeiten solche Graven oder Ritter / oder Præfectos
Castellanos auff jhre / oder deß Reichs Burgken und Empter gesetzt / Gott
gebe / dieselbe sein bey den Bisthumben gewesen oder nicht. Sonsten ist
das Burggrafthumb zu Meissen fürtreflicher als die andern alle gewe-
sen / weil es auch zwo Herligkeit in deß Reichsständen bekommen. Cæ-
terùm Burggraviorum præcipui numerantur I. Norimbergensis, qui ti-
tulus pertinet ad Electorem & Marchiones Brandenburgenses, sine re
& nomine tantùm, ut videtur Nolden. *d. l. num. 173.* Fridericus enim
Burggravius Norimbergensis, castrum suum in Nürnberg / à Sigismun-
do Imper. Marchio Brandenburgensis creatus, civibus vendidit, quod
statim ab ipsis dirutum fuit, & in illius locum domus frumentaria ex-
83. structa, teste Johan. Cochler. *in descript. German. cap. 5.* Verùm & in hoc
ipso quoq; errat Noldenius, Non enim imaginarios & titulares tantùm
hos esse Burggravios, inde patet, das Fridericus der fünffte Burggraf
zu Nürnberg / als jhm vom Keyser Sigismundo die Marck Branden-
burg / besampt der Chur verliehen worden / und er deßwegen eine dapffere
summ Geldes außzuzahlen / benantlichen biß in die 400000 fl. zwar ha-
be Anno 1427. am Abendt Johannis Baptistæ alle hiernachgesetzte Ge-
84. rechtigkeit / so jhm in der Statt Nürnberg zustendig / die Burg / die Wag /
das Schultheisen Ampt / zween Wäldt / unnd vier Dörffer mit zweyen
Mühlen ubergeben und verkaufft gedachter Stadt umb 240000 fl. Jedoch
mit vorbehalt deß Tittels Geistlicher unnd Weltlicher Lehen / deß Landt-
gerichts / deß Burggrafthumbs / der Wildbahn unnd Geleidt ausser-
halb der Statt / unnd anderer Regalien mehr. Cæterùm quanti
Burggraviatus iste æstimari debeat, inde patet, daß deß Burggraven
Ambt zu Nürnberg genennet würd ein Edles Glied deß Heiligen Reichs.

Keyser

Keyser Carl der IV in der Leutterung vnd Spruchbrieff de An. 1361. apud Goldastum tom. 1. Reichssatz p. 79. Item, daß der Burggraff nicht schuldig sey einigen Lehen derer Orter / so in der Herrschafft der Hertzogen von Osterreich gelegen / vnd zum Burggraffen Ampt nach Nürnberg gehörig / zu suchen / sondern allein von Kay. May. erheben könne. Et alia privilegia, quæ habentur apud Goldast. tom. 1. constit. Imperial. p. 171. cui jungatur Gylman. tom. 3. Symphor. p. 3. vol. 1. n. 42. & seqq. II. Magdeburgensis, qui hodiè ad Electoralem Saxoniæ lineam spectat. Licet enim, de quo & super in egimus, anno 1579. Saxo multum suo de jure, quod in Episcopatu & districtu Magdeburgensi poterat exercere, remiserit, attamen titulum Burggravij cum insignis, & eo pertinentibus aliquot locis, Gamminern / Ranis / Eibenaw / Gattaw / reservavit. Insignia sunt ein halber weisser Adler im rothen Feld mit der güldenen Kron auff einer seiten / auff der andern vier rothe Balcken in weissen Feld / wie auch zeuget Albinus in Meisn. Chron. tit. 16. p. 436. III. Burggravius Stromburgensis, 87.
(quem Goldast. alibi Zorbechensem nominat.) Stromburgum autem est castrum antiquissimum auff dem Hundsrück / inter Simmern & Creutznach / præfecturam maximam annexam habens, hodiè est ditionis Palatinæ, dictum fuit olim der Stall zu Stromburg / quod locum istum regalem fuisse indicat, ut infert Nolden. d.l. cujus hoc relinquam periculo: alias Burgstall, sine dubio aliud haud est, quàm locus, ubi 88.
Burgus olim structus extitit, & nunc ejus tantùm apparent rudera, da eine Burg gestanden ist. Stall enim à stellen descendit, daß da eine Burg gestellet gewesen. Quo sensu Italis, Florentinis præcipuè, stallo dicitur, luogo dove si sta, statio, & il luogo del Canonico in Choro, stallum. Gallis installer, nobis einstellen oder einsetzen. IV. Burggravius Rheineccensis. 89.
Hunc Burggraviatum in Archiepiscoporum Moguntinensium, & Comitum Hanoviensium ditione hodiè esse scribit Nold. d.l. dominium tamen Rheineccensem jure hæreditario Comitibus ab Isenburg accrevisse: Meichsner tom. 1. decis. 2. Atq; hi sunt quatuor illi Burggravij, qui in divisione Imperij in quaterniones, de quo supra lib. 1. commemorantur: Sed posteriorum nomen & qualitatem tempus videtur delevisse. Sunt 90.
autem & alij, qui quoad nomen cum nostris Burggraviis conveniunt, authoritate tamen & excellentia multùm discrepant. Tales sunt I. Die Burggraffen von Dhonaw. II. Burggravij in arce seu Burgo civitatis Geilnhusinæ, & civitatis Fridbergæ, Vultejus 1. de feud. c. 4. n. 14. qui à nobilibus prædictarum arcium condominis eliguntur. De possessionis ita scribit Rosenthal. c. 2. de feud. conclus. 87. Videmus autem hoc castrum Fridberg in Wetteravia adhuc vocari castrum Cæsaris & Im-

perij. Kay. May. vnd deß Heiligen Reichs Burg Friedberg: Cum tamen illud sit quædam Universitas nobilium, quorum antecessoribus absq; dubio olim pro defensione & arcis & loci (quo & nomen alludit, quasi pacis montem dixeris) collatum fuit. Plura huc facientia reperies apud Kylingerum, dum viveret amicum meum, *disc. 19. de ganerbiis castrorum.* 3. Promiscuè alij Burggravij castrorum, in quibus Ganerbinatus,
91 qui ut prædicti à Condominis, seu Ganerbiis eliguntur. Qui simplex nomen Comitum retinent, ita inter se generaliter distinguendi sunt, ut eorum nonnulli I. sint Graven deß Reichs / qui immediatè ab Impera-
92 tore de Comitatu sunt investiti. Hi rursus vel Gefürstete Graven. Cujusmodi esse dicuntur Comites Habspurgenses, Tirolenses (quos repræsentant Archiduces Austriæ) Hennebergenses (quos Saxoniæ Duces repræsentant) Arimbergenses ab Imperat. Maximil. 2. inter Imperij Principes relati (vid. subscript. *Recess. Imper. de Anno 1594.*) Mompelgardenses (quos Duces Würtembergenses repræsentant) Gorzenses R. A. *de Anno 1576.* §. Nach dem auch auff jetzo. Quibus Nolden *d. l. n.* 180. adjicit Schauenburgensem, quem Ferdinandus II. *Imp. Anno 1619.* Francofurti post coronationem Principem jussit. Comitem Carolum Mansfeldium (totam huc refert Mansfeldiorum familiam Cluten. *syllog. rer. quotidian. th. 26. lit. b.*) & Carolum Baronem à Lichtenstein, quos Rudolphus II. Imp. Principes creavit. Weivvodam Transsylvaniæ, quem ob fœdus contra Turcam cum sua Majestate initum Principem Transsylvaniæ pronunciavit. Quibus de exemplis non parum, an rectè huc transferantur, dubito. Olim cum superioribus æquales fuisse Comites Würtembergenses, Artesiæ, Burgundiæ, Hollandiæ, Namurci, Selandiæ, tradit Sixtinus *lib. 1. de regal. c. 4. n. 22.* Paurmeister *lib. 2. de jurisd. c. 10.* & Comites à Spanheim & Veldens, quos Comites Palatini ad Rhenum repræsentant. Sunt autem hi illi, qui in Recessibus & Constitutionibus Imperij verbo Fürstenmessige veniunt & comprehenduntur: vide die Cammergerichts Ordnung zu Wormbs *Anno 1495. tit.* Wie Churfürsten/ Fürsten vnd Fürstenmessige. *& tit.* Wie Prælaten / Graven ꝛc. Cammergerichts Ordnung zu Augspurg 1500. *tit.* Wie Burger vnd Bawren. Ernewerte Cammergerichts Ordnung *de Anno* 1548. *&* 1555. *part. 2. t. 23. & part. 4. t. 5.* §. 1. R. A. zu Speyr *de Anno* 1570. §. Aus besondern Quando verò hujus vocis nulla in Constitutionib⁹ istis fit mentio, etiam verbo Fürsten unà cum aliis Principibus continentur: Cluten. *d. l.* Vel Die nicht Ge-
93 fürstete Graffen seindt / quorum maximus est in Imperio numerus. II. qui Imperio quidem immediatè subsunt, & solum Cæsarem, vel Cameram judices habent, Comitatus tamen ab inferiore aliquo Princi-

pe in

pe in feudum tenent, unde Vasalli ejus sunt, & in causis feudalibus ipsius forum sequuntur, ut Comites à Schwartzburg/ qui sunt Vasalli Electoris Saxoniæ (ita Nolden *d. l. n.* 189. Sed tales non sunt, ut quidam, tanquam Electoris, sed ut Ducis Saxoniæ, uti & non omnes ejus familiæ sub isto Duce, qui Elector, sed & sub aliis Saxoniæ Ducibus.) Comites Waldeccij & Comites de Rietberg Vasalli sunt Principum Hassiæ, personale tamen homagium præstant Imperatori & Imperio. Sic Rheingravij, respectu Comitatus Salmensis sunt Landtsassij Lotharingiæ, quamvis respectu feudorum Imperialium sint Wildæ, zu Daun und Kirchberg/ Rheingr. zu Stein und Dirnberg/ Comites Imperio immediatè subjecti. Hactenus Nolden *d. l.* Sed hi duplici respectu, quo clarent, & dictam in classem, quatenus immediati, & in subsequentem, quatenus Landtsassij, referri poterunt. III. Comites Landtsassij, quorum nonnulli in Imperij matri- 94.
culam nunquam relati, nonnulli licet in eandem aliquando relati, ab illis tamen Principibus eximuntur, werden außgezogen. Sub domo Austriaca sunt die Graffen zu Hardeck, quorum fit mentio *in Constit. Carol. V. de anno* 1521. Graffen Persönlich. & repetiuntur in expeditione Romana, im Römerzug angeschlagen uff. 5. zu Roß und 11. zu Fuß/ quod contra Cittemium *d. l.* urget Nolden *d. c. 8. n.* 104. ubi subnectit, die Graffen zu Staufen/ die Herrn zu Fesenstein/ die Herren zu Wolckenstein/ die Herrn zu Rappoltstein. Sub domo Burgundica, die Graffen Nassaw/ Breda/ die Graffen von Brunckhorst/ die Graffen von Manderscheidt Schleiden/ die Graffen von Egmondt und Meurs. Sub Electore Brandenburgensi (non ita pridem: Nolden. *d. l. n.* 196.) die Graffen von Hohnstein und Schwed/ Herrn zu Biersaden. Sub Ducibus Pomeraniæ & Episcopo Camminensi die Graffen von Nevgardt/ Eberstein und Massaw. Sub Duce Juliacensi, Graffen von Manderscheidt/ Blanckenheimb. Sub Archiepiscopo Coloniensi die Herren von Reifferscheid/ & ex quorundam opinione ratione aliquot bonorum die Graffen von Manderscheidt. Sub Duce Bavariæ particularium bonorum ratione die Graffen von Ortenburg etc. Nolden. *d. l.* Matthias Stephani *de jurisdict. lib.* 2. *p.* 1. *c.* 6. *num.* Generalis & illa est Comitum divisio, quod horum nonnulli Status sint 95.
Imperij, alij non sint. De illis cum ad Comitia vocentur, notandum, quod duo tantum habeant omnes suffragia, unum nomine der Schwäbischen/ alterum der Wetterawischen Graffen. De his notabilis est decisio in R. A. *de anno* 1542. §. Wiewol in der Ringerungs handlung etc. So haben wir doch erwogen, daß solche Graffen und Herren zum nicht wenigern theil/ unter ihren besondern Landtsassischen gesessen/ vormahls von allen ihren Gütern demselbigen gebiet/ sich auch zum theil allein auß der Fürsten Eigenthumb/

Eigenthumb/ vnd jhre Standtschafften Graffen oder Freyen lassen/ vnd also gar keine Güter ohne mittel vnter dem Reich haben/ auch nicht anders/ deñ mit außtrücklichem vorbehalt der Fürsten Gerechtigkeit/ zu denen digniteten zugelassen seindt: Derwegen wo sie allein deß Titels vnd Nahmens halben in die Anschläge deß Reichs gezogen werden solten/ das würde dem Fürsten obgemelt allerhandt beschwerung bringen/ vnnd also mit der zeit jhnen noch weitter abbruch vnnd Schmehlerung an jhrer Landts-Fürstlichen Oberkeit gebehren/ in ansehung/ daß solche newe Graffen vnd Herrn/ nicht immediatè Glider vnd Stände deß H. Reichs gewesen/ oder darin begüttert/ sondern solcher Landtsfürsten Vnterthan vnd Landtleut weren. Damit dann in solchen niemandts wieder billigkeit/ beschweret werde/ so haben wir vns mit Churfürsten/ Fürsten vnd gemeinen Ständen/ vnd der Abwesenden Räthen vnd Gesandten verglichen/ wo einige Graffen vnd Herren weren/ welche kürtzlich jhre digniteten erlangt/ vnnd dem Reich immediatè nicht/ sondern andern jhren Landtsfürsten vnterworffen/ auch nicht Gütter ohne mittel/ von oder vnter dem Reich hetten/ daß dieselbe in die Anschläge nicht gezogen/ aber die Jenige/ so in dem H. Reich begütert/ oder anderer Fürsten Subditi immediatè nicht weren/ daß dieselbige/ nach zimlichen dingen/ gleich andern mit deß Reichs anschlägen belegt werden. Deniq; vocantur Comites, quibus Comitatus nullus est in
96. feudum unquam datus, sed qui Codicillares, & titulo tantùm tales existunt, *sans terre & domaine*, ut Galli loquuntur, quorum complures in Italia reperiuntur. Hujusmodi sunt & illi, qui in studio Patavino sedecim annis professores extiterunt, ex Privilegio Friderici Imperatoris: Decianus *tom.* 3. *respons.* 38. *n.* 31. & qui in aliis Academiis viginti annos munere Professorio functi sunt, ut Dd. inferunt *ex l. un. C. de profess. qui in urbe Constantinop. lib.* 12. sed fortassis malè, ut dicam infra de Accademiis. Priorum complures cum vidisset Italia, ejus regionis haud indiligens lustrator, in suo Commentario de Italia, in hæc prorupit verba: *Spiacquemi il veder in Italia tanti Marchese senza Marchesazo, Conti sen-*
97. *za Contado, Cavaglieri, che non hanno ne cavalli, ne speroni, ne stivali. Non poteua sofferire di vedere nella Lunigiana trenta Marchesi ad un tratto sopra d' un fico pers famarsi. Oh come mi venne à neja il veder in Arco & in Lodrone due mile Conti, & un sol contado molto stretto & povero. Pensate poi, che mi dovea parere veggendo i Marchesi di Ceva, & i Conti di Piacenza, & i Cavaglieri di Belogna &c.* Lansius *de princip. provinciar. Europ. orat. contra*

Italiam

Italiam p. 721. Et hoc est, quod originem sine dubio dedit ipsis Italis, 98.
ut proverbio in eos luderent tali: *Vn Comte senza giurisdittione e Come un fiasco senza vino.* Gallorum autem illud injuriam sapit & veritati non admodum, generaliter ut effertur, convenit.

Vn Sennor en Espagne,
Vn Maistre en Angleterre,
Vn Monsieur en France,
Vn Hidalgos en Portugal,
Vn Comte en Germanie,
Vn Evesq. en Italie,
Est pauure compagnie.

Ejusdem farinæ est, quod famosus ille turbo & publica tempestas pacis, Gaspar Scioppius *in Ecclesiastico c. 32.* affirmavit, è Protestantium Principum numero Illustrissimos, imò Regiis familiis editos inveniri, quorum annuus census 200. vel 300. aureorum summam non excedat, quâ quidem ex re usu venire eis nonnunquam soleat, ut poëticè potius, quàm Regiè vestiantur.* Congeminum est illud Vngersdorfferi in seiner [illegible]: Wann die Lutherischen Fürsten nicht gar wollen zu grund gehen / mögen sie wohl wieder Päbstisch werden. Dann wann sie nach Luthers lehr wachsen / vnd viel Kinder haben / vnd sie nicht auff Stiffte vnnd Clöster bringen können / darffs noch darzu kommen / daß ein Fürst Jährlich nicht mehr / als 1000. fl. einkommens hette / vnnd geflickte / wo nicht durchleuchtete Hosen tragen müste. Sed quorsum & contra veritatem & contra Imperij leges hominum insania? Scilicet ut prodant, & patris mendacij se filios, & bonarum legum contemptores suspendio dignos.

* *Si autem tota Ecclesiarum bona [illegible] a Sacerdotiis & beneficiis Ecclesiasticis [illegible] arcerique debeant [illegible] sibi mox ad [illegible] mendicitatem, si mitius ad rem redituram [illegible] Scioppius* in [illegible] classico belli sacri p. 4.

CAPUT V.

De

Baronibus, quos Freyherrn dicimus.

SUMMARIA.

1. Vsus Vocabulorum Magistri.
2. Baro [illegible] notat.
3. [illegible]
4. Baro in [illegible] [illegible]

5. Baro, id est, exactor tributorum.
6. 7. Baronis significatus hodie generalis, & specialis.
8. 9. Baro in specie qui dicatur.
10. Baronum jus in Gallia: iidem quomodo olim creati.
11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. Vocabuli Baronis variæ derivationes,
22. Freye Herrn, Freyherrn Frey-Herrn deß Reichs.
23. Semper Freyen quinam.
24. 25. Hoc de nomine varia judicia.
26. Authoris de eodem monitum.
27. Barones duplices.

1. VSus quin vocabulorum magister sit, nemo dubitabit facilè, si perpenderit, non ea naturâ rebus imposita, sed maxima ex parte hominum beneplacito. Quod uti ambulatorium in aliis, ita & in his quoq; vires exercuit easdem, & quæ olim sensu egregia erant & optima, in sequiorem & malæ notæ traduxit intellectum. Et vicem si verteris, quæ vetustas vitiis & defectui tribuit, ætas subsequens virtuti & exellentiæ junxit. Considerent ex prioribus alij Tyranni, latronis & Stratiotæ, vocabula; meum ad propositum, in
2. posteriori vox Baronis est. Hæc apud Ciceronem & alios pro stupido, bardo, stolidoq;, sæpiùs posita reperitur. Et ignavos, inertes, & nihili homines in nonnullis Galliæ partibus, hodiéq; Barones appellari audi-
3. mus. In veteribus, quæ extant, Saliorum, Longobardorum, Alemannorum & Ripuariorum legibus, Baronis nomen pro viro passim positum videtur, ut ab altero sexu distinguatur, & in veteri latino-græco lexico Baro ἀνήρ vertitur. P. Pithæjus *lib. 1. adversf. c. 8. inter opera p. 375. Legis Salica tit. 34.* ita legitur, Si quis Baronem de via hortaverit, aut impinxerit &c. si verò mulierem hortaverit. Idem in Lombarda. *lib. 1. tit. 9.* Si quis homicidium perpetraverit, in Barone libero, vel servo, vel ancilla &c. Hodie in Picardia Galliæ provincia uxores maritos suos appellitare consueverunt mon Baron. Fauchet *in origin. dignitat. lib. 2. cap. 5.*
4. *p. 54.* Sed & alia dictis in legibus Baronis videtur significatio, & quidem pro homine infimæ conditionis positum. Ita inter LL. Alemannor. *c. 95. art. 2.* is qui colaphum impegerit Baroni, vel ancillæ, unâ eademq; tenetur pœnâ. Glossator antiquus ad Satyrici Latini Persij locum, quando ait *Satyr. 5.* Baro regustatum digito terebrare salinum, scribit, Gal-
5. los hoc nomine servos dixisse militum. Leges verò Ripuariæ *tit. de tabulariis articulo* 14. Baronem pro exactore tributorum & calculo præ-
6. positum enunciant. Fauchet *d. l.* Hodiè, cessantibus dictis, Baro dignitate prænobilem virum significat, & quandoq; generaliter, quandoque specialiter positus reperitur. Generaliter, ut quandò dicimus, *les Barons de France, qui signifie les vassaux immediats de la Couronne, n' ayants les droits de souueraineté, soyent Ducs, Marquis,*

Comtes,

Comtes, ou Seigneurs de Principauté. Charles *Loyseau des Seigneuries chap. 2. p. 112. n. 35.* Barones Gallice, & significamus Vasallos Coronæ immediatos, jus superioritatis non habentes, sive Duces sint, sive Marchiones, Comites, aut Dynastæ. Olim quando Reges ad bellum suos hortabantur, ita plerumq; orationem obsignabant: *Avant mes Barons, qui me rendra mon ennemi, mort, ou prins, je lui croistray son bonneur d'une bonne ville.* Coram meis Baronibus, quicunque mihi hostem captum, mortuumve stiterit, honorem hujus integra civitate augmentabo. Et in placitis Curiis atq; Regni conventibus, ubi præsentes erant Duces, Marchiones, Comites & alij Magnatum, Rex generali voce eos compellabat Seigneurs Barons, Domini Barones. In appendice Aymonij *lib. 1. c. 52* eodem legitur significatu: Archiepiscopos, Episcopos, Abbates quoq; plures etiam Optimates & Barones sui Regni congregari fecit, & *c. 56.* quidam quoq; [illegible] episcoporum, nec non optimatum & Baronum Regni Franciæ non minima pars. Apud Germanos & in Imperio eadem olim vocis acceptio. Apud Ottonem Frisingensem *lib. 2. cap. 12* Marchio in Baronum numerum refertur, inter quos Wilhelmus, Marchio de Montferrato, vir nobilis & magnus, & qui penè solus ex Italiæ Baronibus civitatum effugere potuit Imperium, gravem conquestionem fecit, &c. *c. 18.* [illegible] Baronum, quorum usq; Marchio Opitiis præsidiis munitis &c. In apologo illo inter politicos ferè primo, qui Reinicke Fuchs inscribitur *c. 3* idem significatus:

Höret tho gy kleinen vnd gy groten /
Min Baronen vn mine hugsenoten.

Et part. 4. c. 11.

Ich will ju setten boven an
In minem Raht / als einen Edlen Baron.

Nobilem *d. l. n. 102.* Moscovitæ quoq; , ut illi notarunt, qui eas in regiones [illegible] legatione profecti, post Res, quos Duces haberet, nullum etiam præterea Nobilitatis gradum habent, quam *Bajaron*, quod pro quolibet nobili generaliter enunciant. Atq; hunc generalem Baronis 7.
significatum Juris nostri interpretes etiam non aversantur, ut ex iisdem notarunt Matth. de Afflictis *in c. 1. n. 1. de his, qui feuda dar. poss.* Schrader. *de feud. part. 10. sect. 1. n. 21.* Surdus *consil. 411. n. 56. lib. 3.* Specialiter quando accipitur, et reliquis nobilitatis gradibus contradistinguuntur,

Baronum nomine Duces contineri Blondus Volnit lib. 5. decad. 2.

* *[illegible] Mandel. consil. 101. & 102.* [illegible] *feuda plura, subjr. & Vasallos [illegible] dignitate [illegible], quia [illegible] Comitibus, & Principibus, [illegible] apud Reg. [illegible]* practic. conclus. concl. 22. [illegible]

eum

eum Baronem dicimus, qui de Baronatu investitus est, *pour signifier par-*
ticulierement les Seigneurs des terres erigeès en titre de Baronnie: Charles
Loyseau *d. l.* vel qui etiam sine territorio Baro creatus. Renatus Choppi-
nus *de domanio Galliæ lib. 3. tit. 26. n. 7. p.* 665. & Bl. *ad c. innotuit de Ele-*
8. *ction.* Baronem definit, qui summæ, mediæ ac imæ coërcitionis jus in
arce quadam habet Principali concessu. Hunc Longobardos Magnum
Castellanum appellitasse: Bl. *ad c. un. & delegator. de offic. delegat.* & *in c. 1.*
9. *qui feuda dare poss.* Jure Gallico Baronem dici tradunt eum, qui in suo ter-
ritorio summæ, mediæ & infimæ coërcitionis, atq; etiam nundinarum
jus habet: veluti, virgis cædendi, suspendendi, exilio mulandi, notæ inu-
rendæ. Itaq; patibuli quatuor lignis erigendi potestatem eum habere
affirmat Joan Bidtilerius *in summa rurali.** Nicod tamen *au grand. dictio-*
naire François latin, verbo Baron, observat,** *ces droits des Barons n'*
10. *estre encores semblables, en toutes provinces du Royaume de France*
ains cy plus grands, cy moindres, comme se peut voir és pays de Tou-
raine, Anjou, Mayne, Grand perche, Lodunois & autres. Toutes
fois la marque plus commune dudit Baron est avoir trois Chastele-
nies, ou deux, auec ville close, Abbaye, Prieriée, Conventuel, ou
College, auec forest, enclavees dedans sa Baronnie combien qu' au-
cuns ont laissè par escript que pour creer un Baron, Il faut que le
Chevalier, ou Escuyer qui demande l' estre, ait la terre de quatre ba-
celes, c' est à dire, de quatre Chastelenies terriennes, en toute justi-
ce, & que le Roy à la premiere bataille ou ledit Chevalier, ou Escu-
yer se trouue, luy baille banniere, & qu' il se trouue à une deuxies-
me & acquiere le nom de Banneret, & à la trosiesme bataille
apres il prend le nom & tiltre de Baron. Autres escrivent autre-
ment, disans que le Chevalier, ou Escuyer noble de toutes ces
quatre lignees ayant la terre de deux Chevaliers ou Escuyers
Bachelicrs, & de son patrimoine ou acquis, tant qu' il suffit
pour aller accompagnè de quatre ou cinq nobles hommes à

* Iustices patibulaires, à quatre pilliers sans toutes fois qu' il y aye fest pardessus.

** *Antequam in Gallia quis Baronis titulum sibi usurpare possit jure, Castellanias plures, saltem tres: Consuetud. Andium t. des droits* de Baron. art. 47. du Maine t. des Seigneurs & Barons art. 54. 55. *vel duas possidere debet, ex consuetud. Turoniæ* art. 47.

*** *Extat edictum Regium Gall.* 17. Aug. An. 1579. *quo cautum ut juxta Arestum privati consilii Regis* 10. Mart. an. 1578. *ne prius Baronia dicatur quam composita sit, vel habeat sub sua ditione tres Castellanias ad minimum, quæ unita sint & simul incorporata, & possessa sub uno titulo & homagio præstito Regi.*

douze ou à seize Chevaux peut licitement demander à son Roy, ou Prince à la premiere bataille ou il se trouvera, ou en un jour solemnel de feste apres le service divin, estant sendit Roy, ou Prince seant en sa chaise, & luy à genoux, que la queuë de son Pennon soit coupée & fait banniere. Ce que luy estant octroyé il devient banneret, & que s'il augmente par apres sa seigneurie tant qu'il ait sous luy ou bannerets, ou six Chevaliers bachelers chascun de six cens francs de rente, alors il peut par le congé de sondit Roy ou Prince, se dire, nommer & intituler Baron.* Nicod, in quam, observat, Baronum jura non omnibus in Regni Provinciis paria esse, sed hic majora, alibi minora, ut videre licet in Turonia, Andegavia &c. Nihilominus** nota & signum magis commune Baronis est, tenere tres Castellaneatus, aut duos cum civitate muris clausa, Abbatiam, Prioritatem conventualem aut collegialem cum foresta, seu sylva Baronatui inclusa, licet nonnulli literis consignaverint, Baro ut erectur, oportere Equitem, aut scutiferum, qui eam acquirit dignitatē, habere ditionem quatuor bacelorum, hoc est, quatuor castellaneatuum cum omni justitia, & ut Rex prima in expeditione bellica, ubi dictus Eques, aut scutifer præsens est, ipsi concedat vexillum, qui si in tertia præsens existet, acquirat nomen Banneretti, quod interpretor vexilli dominum aut supremum, in tertia postea nomen & titulum suscipiet Baronis. Alii aliter scribunt, opinantes Equitem, aut scutiferum nobile,*** quatuor ex lineis, tenētem ditionem duorum Equitum, aut scutiferorum Baccalaureorum, & tantum ex patrimonio, aut quæstu suo habentem, ut sufficiat in Comitatu habere quatuor aut quinq; nobiles, cum duodecim aut sedecim equis, licite petere a Rege, aut Principe, prima ubi est in expeditione, aut solenni & festiva loce, post peracta sacra, Rege aut Principe in throno sedente, ipso vero in genua procumbente, ut syrma sive caudæ huc abscissâ vexillum fiat. Quo obtento fit vexilli supremus, & postea ditionem si adaugeat

Bannerhet subscriptionem, deß R. A. de Anno 1613. non procul. a pr.

* [illegible] in summa [illegible] au Baron cautum ait, ne Barone minor ausit capere falcones, seu [illegible], lanarios, laniers, gyrfalcos, gerfauts, absq; permissu Baronis [illegible], molatur insidias quasquam [illegible] avium, quibus capiuntur [illegible], excepto Barone.

** In [illegible] Andium, tit. de Baronibus, l'espave du faucon, & du Cheval d'estier, qu'est Cheval de guerre, coursier, ou de lance, appartient au droit de Baron. [illegible] errantem sine [illegible] falconem, vel equum militarem.

*** [illegible], cum Principi hujusmodi persona concedit vexillum [illegible] & ex vexillo pedi[illegible] [illegible] la queuë du [illegible] [illegible], equitem [illegible], vocant Cornette, cumq; Equitem [illegible] non est. Tholos. dict. loc.

suam

ſuam, ita ut vexilliferum ſub ſe habeat, aut ſex Equites baccalaureos, ſingulos ſexcentorum francorum reditu divites, tunc licentia Regis aut Principis ſui ſe appellare & titulo Baronis exornare. Hæc ſi quis clariùs deſiderat cognoſcere, adeat velim Tholoſan. *Syntagm. jur. lib. 6. c.10. n.9.* Paſquierium *des recherches de la France liur. 2. chap.15. p.167. & le tableau des armoiries de France de Moreau chap.10. p 347.* Ex hactenus adductis cum emineat, quis Baro dici mereatur, de variis vocabuli derivationibus
11. agendum nunc eſt, quas inter electionem aliis relinquo liberam. Sunt qui illud deducunt ἀπὸ τῆς βαρύτητος, hoc eſt, à gravitate, quod eorum munus fuerit in ipſis Ducatibus non ſolum militare, ſed prudenter atq; graviter Ducibus ipſis conſilium capientibus adeſſe. Eguin. Baro *de 1. beneſic. lib. 1. c.3.* Alciatus *lib.5. parerg. c.16.* à βαρεῖν, quod gravitate dignitateq; cœteros Domini beneficiarios anteire debeant. Ejus rei alii teſtimonium ex Cicerone citant ad Atticum *lib.5.* apud patronum & reliquos Barones te in maxima gratia poſui. Vbi tamen alii Varrones legunt. Alii Joh. Brechæo *ad conſuetud. municip. Gall. c. des droits de Baron. art. 1.* Barones à forma ædificii clientelaris deducunt, quod dom' undiq; occluſæ & ſubſtructæ turribus, barreis, à Palæſtinis dicantur, Cœl. Rhodig. *l.18. ant.*
12. *lect. c. 30.* Alii à βάρυ, hoc eſt, mole, vel vaſtitate corporis, quâ cœteros
13. ſuperare debeant. Forcat. *de feud. c.3. n.7.* Quidam ab Hebræo Bar, quod filium ſignificat. Cum enim ab initio Reges multos haberent filios, nec omnes poſſent Regiâ poteſtate inſigniri, cum Regnum eſſet indiviſibile, donabant eis ampla caſtella, cum juriſdictione & Imperio, & inde Hebraico nomine vocabantur Barones, filii aliis celſiores, Innoc. *in c. licet de*
14. *vot.* Alber. de Roſat. *in dictionar. ſuo, verbo Baro.* Pariter quoq; hac ſignificatione à Germanis vetuſtioribus Baren pro gnatis ſumptum legimus, ſine dubio von Baren/ quod nobis nunc gebehren/ hoc eſt, progenerare. Hincq; in quadam precatione ad Chriſtum noſtrum Salvatorem invenitur: Ich bitte dich reiner Magde Baren. Vt dicuntur iſti gnati Baren à libertate, inquit, Beſold. *de Comitib. n.17.* non aliter ac liberi latinis.
15. Et ibidem idem ait, ad Baronis nomen aliam Hebraicam radicem alludere, Para ſcilic. liber, ſeu vacuus fuit, aut tranſitivè, liberavit. Ex eo Pharaones Ægypti Reges * ita κατ' ἐξοχὴν nominabantur, quaſi præ ſubditis
16. liberi & legum vinculis ſoluti. Alii ab Hebraico bara, hoc eſt, creavit, vel à barah, elegit, ut dicatur Baro nova creatura, vel electus: Tholoſ. *lib. 6.*
17. *Syntag. c.10. n.8.* Nonnulli à latino pares, quod pares ſint Comitibus Vul-

* *Vox Parho, olim cognomentum Regum Aegypti, propriè baronem, hominem liberam, privilegiatum, exemptum à jure communi notat Georg. Acac. Enenckel.* de privileg. lib.1. c.1. n.14.

tejus

tesius T. 4. n. 14. Wehner. *in observat. practic.* verbo Frey Herr *p. 175. & seqq.* Adrian. Scrieckius Cimbricæ linguæ restaurator. *lib. 19. n. 73. Celticar. orig.* Baron Panner Herrn / Celsis vexilli supremum esse ait. Alii ab Hispan. 18.
Varon (quod excellentius est, quàm alterum ejus nationis verbum *hombre*, æque ut latinum vir quàm homo, & Græcum ἀνὴρ quàm ἄνθρωπος) quod egregium virum denotat; Nordermah *de jure principat. conclus. 86. lit. b.* Quidam à veteri Teutonico Barom / quo suprà virum seu marem significare diximus. Alii ab antiqua Germanica voce Bar / quæ in vetustissimis rythmis pro libero Franco, Frey / Ledig und Loß / usurpatur, unde, Sorgen bahr / Falschebahr / Leides bahr ꝛc. Besold. *d. disc. n. 17.* (nonnunquam tamen Bar quoq; nobis itidem, quod obligatus est, ut in Zinsbar apparet.) Deniq; Paurmeisterus *lib. 2. de jurisdict. c. 10. n. 25.* idem deducit 20.
à Germanico Freyen / ut Flamines dicantur. q. Frayones, hoc est, liberi & exempti. Quod si in re seria ludere hoc modo conjecturis licet aliis, mihi omino vertet vitio, si à Baren / quod Saxonis ursum significat, Baronem deduxero, quod in effectu idem erit, quod de viro forti & egregio, supra ex aliis dictum. Nobis, quibus Germanicum idioma vernaculum est, Baronum vox est ein Frey-Herr (quomodo olim dictos omnes liberos homines, quorum majores nullam, quantum scire dabatur, servitutem servissent, Wehner. *d. l.* Et appellantur nonnunquam illorum alii Freyen / ut *in pr. A. B.* ꝛc. in der Reformation Keyser Friderichs deß dritten zu Franckfurt auffgerichtet *Anno* 1442. *in pr.* nonnunquam Frey-Herren deß Reichs / ut in Archiepiscopatu Coloniensi, der von Hollinghoven / Frey-Herr deß H. Reichs: Nolden. *d. c. 8. n. 199.* nonnulli Semper Freyen / quorum tamen brevis numerus. Tales sunt Limpurgici & Wetterburgenses (quos 23.
Comites à Leiningen, qui sunt antiquissimi Comites in Speirgaw. Lehe *in lib. 4. Chron. Spir. c. 9.* hodiè repræsentant) qui tamen ex mente Noldenii *d. l. n. 198.* distinguendi sunt ab illis, qui in Suevia domicilium habent, & sunt Vicepincernæ Imperii vel Regis Bohemiæ. De nomine 24.
Semper Freyen / ratione significatus & efficaciæ certi, quod meum posset explere desiderium, nihil habeo, alii quid afferant, subnectam. Goldast. *rerum Alemannicarum tom. 1. fol. 218. ita scribit*: Qui ex servitute manumissi libertatem consequebantur, ingenui dicti fuerunt, & ab Alemannis Sempersrey: ex formula manumissionis, semper ingenuus atq; securus existat, ab omni servitutis jugo in perpetuum sit exutus. Hæc formula, avorum memoria, sublato manumissionis ritu, iis aptari cœpit, qui Baronum ordini ab Imperatore primum adscribebantur, ut juberentur illi, ac etiam dicerentur porrò Sempersrey. Quæ appella- 25.
tio olim, ut diximus, nota erat generis libertini; apud majores autem nostros, novorum Baronum. Hæc Besoldo. *d. discursu num. 19.* aliquantum

 quantum

quantum videntur absona, cum constare dicat, Barones vetustissimos, & quasi κατ᾽ ἐξοχὴν hoc nomine indigitari (quod etiam placet Paurmeist. *2. de jurisdict. cap.* 11. *num.* 40. Noldenio *d. l.* & D. Clutenio supra citato loco, qui addit, quod & hi ipsi, qui hoc nomine clarent, inter quatuor Imperii Barones κατ᾽ ἐξοχὴν ita appellatos, numerati fuerint) Et putat rectiùs sentire Johannem Selden *in Iano Anglor. lib. 2. fol. 122.* priscis Germanis Semperliberos, medios liberos, & infimos liberos, Nobilium fuisse classes; ita ut Semper Frey habiti fuerint præcipui inter Barones. In consensum præterea adducit den Schwabenspiegel *cap.* 47. Hier soll man mercken dreyerley Freye Leut/welche recht hier haben. Es heisset eins Semperfreyen/ das sind die Freyen Herren/ als Fürsten / vnd die andere Freyen zu Mann habent. Das ander seind Mittelfreyen / das seind die/ die der hohen Freyen Mann seind. Daß dritt seind gebohrē/ die frey seind/ die heissen frey Landtsassen. Eadem propè Münsterus habet *Cosmographiæ*
26. *lib.* 3. *cap.* 20. Alia comminiscitur Petrus de Andlo *de Roman. Imper. lib.* 2. *cap.* 12. quæ ibi videre licet, ego ad alia propero. Nominis compositio, cujus caput Latinum & cauda Germanica adeò auribus meis durè intonat, ut vix eam probam habeam, sed ut utriusque sexus creaturam abominabilem & lubricam. Etenim si isthæc Semperliberorum dignitas apud Germanos primùm cœpit, quid nostros movere fuerit potens, rem patrio in solo natam, peregrino ex parte, & ne litera immutata vocabulo exprimere, non reperio. * Quod si ea vetus fuit, & à Romanis ad nos translata, iterum non video, cum quam civitate donaverant, nomine non affecerint puro, aut Latinum, aut gentis ad idioma. Vix verum agnosco Latinæ & Germanicæ vocis hoc connubium, emphasin secum ferre majorem. Et qui possem? Linguam nostram si sterilem hac in parte dixero, mentiar apertè. Et quæ erit denique differentia constituenda, cujus respectus nostrates induxerit, vocem semper in uno ut reciperent, in aliis verò prorsus infinitis rejicerent. Si quam emphasin ullibi majores nostri venati sunt, in eo quærenda est, dum semper Augustus, allezeit Mehrer deß Reichs reddiderunt. Unde cur potiùs Semper freyen/ quàm allezeit vel Immer (quod priori ferè æquipollens est) Frey-
27. en dicere, volupe & ad gustum habuerint, difficile dictu, sed admiratione, & ni vetustas sacra foret, censurâ interim dignissimum. Cæterum Baronum duplex potissimum inde ordo & differentia, quod nonnulli Immediati & Status Imperii sint, nonnulli Mediati, aut aliis Imperii Principibus subjecti, *d.* R. A. zu Augspurg *de Anno* 1548. §. Wiewol auch.

* *Partim ex Græco, partim ex Romano sermone conflatæ dictiones sunt biclinium epitogium, anticato, Hippopera, inanilogus, pultifagus &* [illegible] *Quintil.* lib. 1. instit. orator. cap. 5. *Radulph. Forner.* lib. 5. rer. quotid. cap. 2. *Goclen.* lib. 3. problem. grammat. 29.

Unde

Unde fit, ut illorum liberior, horum constrictior potestas appareat, & dignitas. Quod autem Fulvius Paccanus *de probat. c. 57. num. 1. 5. 6. lib. 2.* generaliter scribit, Barone non habere regalem dignitatem, illud in Germania non attendendú monuit Sixtinus *de Regalib. lib. 1. cap. 4. num. 41.* & in utrisq; prædictis statuum declaratur *d. l. n. 57.*

CAPUT VI.

De

Titulis, Nos Dei gratiâ, Illustris, Clemens, Dominus &c.

S V M M A R I A.

1. Quintiliani locus
2. [illegible] infrequens, nobis frequens.
3. 6. Principes plurali compellamus voce, & magnatum [illegible] voce Wir. [illegible]
4. 5. [illegible]
7. Pontifex singulari non utitur nisi in salutatione.
8. 9. Eam in rem locus unus & alter.
10. Notatus Bucherius.
11. Imperator quandoq; numero singulari utitur. Carolus V. Quomodo ad Pontificem solitus scribere.
12. Quomodo ad eundem Rodolphus.
13. Quo se formula utatur Rex Hispaniæ.
14. [illegible] Regis Hispanorum impugnatæ à Belgis.
15. 16. 17. Von Gottes Gnaden / cur se scribant Principes.
18. 19. 20. [illegible] utitur Imperator.
21. Rex Galliæ, Deo, nec populo, suam [illegible] refert acceptam.
22. [illegible] Hispanus, & alii.
23. 24. 25. [illegible], quibus [illegible], Imperatorem [illegible] Dei gratia [illegible] Imperatorem.
26. 27. 28. [illegible]
29. 30. 31. Rationes cur Principibus hoc non competat.
32. 33. Quo sensu illis competat.
34. Abbates & alii scribunt, Wir von Gottes verhengnus.
35. Verhengnus in bonam trahitur partem.
36. Principes in literis, an recte catalogum illarum ditionum exprimant.
37. Carolus V. propterea à Gallorum Rege, Francisco, notatus.
38. Beati possidentes.
39. Minutissima titulis non infarcienda.
40. Petri Gregorii Tholosani de titulis judicium.
41. Alia authoris comparatio.
42. Principum tituli.
43. Illustris.
44. Dignitatum qui gradus de Iure Civili.
45. Qui dicantur illustres.
46. 47. Cur dicantur illustres.
48. Sixti V. Pontificis jocus.
49. Unde dicantur Clementes.
50. Serenissimus.
51. Legatus Hetruriæ Ducis, [illegible] Illustrissimum Principem [illegible] tum respuit, Serenissimi [illegible]
52. 53. 54. Principes [illegible] adhuc.

 55. Ponti-

55. Pontifices Electores, Ducesque, Nobilis viri mactat titulo.
56. Hoc ut ascendit Purpuratus.
57. Imperator ut aliis scribat.
58. Herrn vnd Herrn-Standts Personen qui, quæve.
59. Domini titulus olim exilis.
60. Dominus is qui exhibebat convivium.
61. Nonnulli Imperatorum voluerunt vocari Domini.
62. Domini nomen Deo competens.
63. Nonnulli Imperatorum voluerunt vocari Domini.
64. Pontificum alii Imperatores vocarunt Dominos.
65. Maritus an uxorem suam cogatur salutare Dominam.
66. Doctor Domini nomine compellandus.
67. Ignoti vocati Domini, Alii per ironiam, alii per blanditias.
68. Tituli creverunt, ut rerum precia.
69. Itali, & Hispani in titulis prodigi.
70.72. Item mendicantes, etiam inter se.
71. Illis quid contra reponendum.
73. Dominus pro Domino, & de Italorum donna.
74. Verba honoris, subjectionem non arguunt.



Otuissem equidem hæc, quæ huic destinavi discursui, ad inferius quoddam caput, de libertate & juribus Statuum Imperii ubi acturus sum, reservare, sed cum illud, divinâ cooperante gratiâ, satis aliàs amplum futurum sit, visum mihi fuit, peculiare caput hoc consarcinare, & illustribus
1. statim dignitatibus, ceu pedissequium quoddam addere. Quintilianus *lib. 8. institut. orator.* inquit, illud eruditis quæritur, an in singulis quoque verbis possit fieri solœcismus, ut si unum quis ad se vocans dicat, Venite. Verùm postquam hominum lubido verbis & loquendi formulis, normam & arbitrium, quod voluit, dedit, frustra quis artificum & vetustatis Canones provocabit; sed & moribus & verbis uti cogetur præ-
2. sentibus. Gallis illud *tutoyer*, quod nobis Dautzen dicitur, infrequens admodum; Germanis licet frequentius, attamen compellando illos, cui reverentia debetur & obsequium, cessat. Princeps verò, & superiorum alius, seipsum quoque Nos Wir (uti nos ipsum Vos, per reverentiam dicimus,) suis & præscribit, & præmittit li-
3. teris ac sermonibus. Illud ubi natum fuerit, an in Academia, an verò in culina, dubitari scribit Majolus *tom. 2. dier. canicular. colleg. pag. 506.* Mihi ad certius aliquod fundamentum aspiranti, probabile est, hoc tunc temporis apud Romanos cœpisse, & postea ad nos translatum, quando libertate declinante homines occipiebant Imperatori & superioribus caudam trahere & abblandiri, tam verbis, quàm factis. Ut enim vel in hoc quoque singularem aliquem illis viderentur attribuere honorem, TU in VOS transformare allaboraverunt:

tribuunt: ac si eo vellent significare, quasi is, cui hoc darent, comparatus cum aliis, ratione meritorum multos æquaret. Tandem verò, cum hic adulatorum loquendi modus profundas egisset radices, & Principibus reliquisque arrideret, & alii quoque sincerioris spiritus hanc fuere coacti sequi regulam, ne alias ipsi viderentur impolitioris ingenii & honoris superioribus competentis negligentiores. Inter primos, apud quos hæc loquendi formula reperitur, con- 4.
sistit Plinius secundus *ad Imper. Trajanum* scribens: Ut primùm me Domine indulgentia vestra promovit ad præfecturam. Postea Capitolinus *in vita Marci Antonini*, ad Imper. Diocletianum, superiorum premens vestigia, verba facit hæc: Marcus Antoninus Deus nunc usque etiam habetur, ut vobis ipsi, sacratissime Imperator Diocletiane, & semper visum est, & videtur: qui cum inter numina vestra, non ut cæteros, sed specialiter veneramini, ac sæpè dicitis vos vita & clementia tales esse cupere, qualis Marcus. Hæc autem 5.
cancellis inclusa tantum haud permansit consuetudo, verùm etiam iis familiaris reddita, qui alios honoratiores compellabant: non tamen usque eò extensa, ut Prætor plurali numero in interdicto uti possidetis, possessorem quemlibet alloqueretur, ut benè contra nonnullos firmavit Donellus *ad l. un. Cod. uti possidetis. num. 6.* S. Cyprianus ad Cornelianum Pontificem Romanum ita scripsit: Cognovimus frater charissime, fidei ac virtutis vestræ testimonia gloriosa, & confessionis vestræ honorem. Sic exultanter accepimus, ut in meritis & laudibus vestris, nos quoque participes & socios computemus. Et eadem in epistola. Docuistis granditer Deum timere. Imò & ipsos quoque Imperatores literis suis ad personas egregias, hoc stilo usos reperio, præterque epistolam Justiniani ad Johannem Pontificem, quæ Codici inserta est, & constituit *l. 8. C. de summa Trinit.* (quam supposititiam alibi demonstro, & proinde nec hic magni æstimo) clarè hoc probant Epistolæ Cassiodori, nomine Regis Theodorici scriptæ ad Imperatorem Constantinopolitanum, Patritios & alios. Estienne Pasquier *des recherches de la France liur. 7 chap. 4. p. 817.* Postquam ergò pluralitate hac condecorati fuissent, usu venire cœpit temporis tractu, ut & ipsi quoq; Principes
de se per modum Nos &c. loquerentur, scriberentq;, ne forte minus 6.
sibi viderentur tribuere, quàm aliis tribuendum censebant, eamq; quam ab aliis venerabilem audiebant vocem, ipsimet spernerent, & suo quasi exemplo abrogarent. Idemquoq; apud plerasq; usu temporis nunc videmus

nationes..

nationes, & nobis communicatum, ut Principes diplomata, rescripta,
literas exordiantur voce Wir/ consimili planè cum superioribus ratio-
ne, q. eo velint significare, se non simplicem & individuam personam
7. sustinere, sed ratione potestatis, dignitatisvè plures repræsentare.* Pon-
tifex nunquam ponit se in singulari numero, nisi in salutatione, & si
contrarium fuerit inventum, rescriptum vitiari, autor est Rofredus
Beneventan. *in tract. de judicior. ordin. p. 8. sub rubr. de consist. meminerint
num. 5. p. 412.* ** ubi paulò ante scribit, Papa & hospitalarii semper
loquuntur in plurali: unde reprehensus fuit quidam hospitalarius, qui
dicebat, quod tunica erat sua, fuit injunctum sibi, quod diceret, nostra
8. tunica: contigit quod fuit infirmus, dicebat ille, quando sentiebat do-
lores, væ nobis, dicit illi magister, væ tibi; & ille sapientissimè respon-
dit, mala est responsio vestra, quæ dolores jubet esse proprios, & tuni-
9. cam communem. Ejusdem ferè farinæ est, quod Majolus scribit *l. 2.
dier. canicular. colloq. 6. p. 106.* ubi addit, falsè ejusmodi salutatorem fuis-
se aliquando derisum. Cum parasitus quispiam multa cum pluralitate, a-
lium qui solus erat in conclavi, adiisset, hic iterùm atque iterùm circum-
spectans respondit, cæteros abiisse, se solum esse, si quid vellet, oportu-
niore tempore rediret, dum illi adessent. Ille verò negans, se quenquam
præter ipsum unum quærere; tum alterum hominem percontatus est,
quot illic lectos videret, quum unum duntaxat respondisset; & quæ
tandem te dementia cœpit, aut è qua popina nobis probè potus ades, ut
10. ego tibi non unus videar, sed multi. Quod si hæc usum aliis extorque-
ant, mihi bilem movet, quod Bucherius Henrico III. ausus fuit pro capi-
tali objicere crimine, quod cum aliis Regibus mos sit dicere, noster Cle-
rus, noster populus, ipse meus Clerus, meus populus dixerit: Arnis. *lib. 1.
11. de jure Majest. c. 6. p. 165.* Illud haud involvendum silentio, nec Impera-
torem semper, nec Reges, aut Principes seipsos Nos, omnibus promi-
scuè in actibus indigitare, sed si fortè ad eum, quem zelo, vel obligatio-
ne superiorem venerantur, literas emittant, humilitatis ut edant speci-
men, quandoque pro Nos, Ego adponere solitos. Carolus V. Impera-
tor nonnunquam Hispanica lingua conscriptis literis interpellabat Pon-
tificem, iisque vel sua, vel Secretarii manu exaratis. Quas propria exa-
raverat manu, illarum hæc inscriptio: *Al nuestro muy sancto padre*: & in
initio: *Muy sancto padre*: in fine *de S. sanctit. Humilde Hyo El. Re.* Et quan-
do hoc scribebat modo, charta erat parva, & literæ satis arctè compli-

* *Contrarium fecit Gregorius* in c. nihil de præscript. *ex magna humilitate, ut notat ibi-
dem Abbas.*

** *Idem dicendum, si in rescripto ad alium habeatur vox Vobis*: *Br.* in l. 1. C. de veteran.
Georg. Acac. Enenkelius. lib. 1. de privileg. c. 9. n. 36.

catæ;

cata, quibus dum ſui faciebat mentionem, ſingulari loquebatur numero. Quas Secretarius depinxerat, hujus erant inſcriptionis: *Al nueſtro muy Sancto Padre, e Sennor Reverendiſsimo*; & in initio: *Muy Sancto Padre, e Sennor Reverendiſsimo.* Et in fine: *Nos Carles par la divina Clementia Emperador de los Romanos, Auguſto Rey de Alamania, de las Eſpannas, de las dos Cicilias de Ieruſalem &c.* manu hæc Secretarii, ſua autem in latere El 12.
Re. Rudolphus II. ad Pontificem latinas ſolitus fuit dare literas hujus inſcriptionis: Beatiſſimo in Chriſto Patri Domino Paulo V. divinâ providentiâ Sacroſanctæ Univerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifici, Domino Reverendiſſimo. In initio: Beatiſſime in Chriſto Pater, Domine Reverendiſſime. Et in contextu: Sanctitas veſtra. In fine: Ejuſdem ſanctitatis veſtræ obſequens filius Rudolphus.

Hiſpaniæ Rex (nam & hoc notabili curioſitate clarum) cum ad 13.
Principes ſcribit juri ſuo non ſubjectos, nomen ſuum ſolet ſubſcribere proprium, in aliis tantùm uſurpat illud *El Re*, vel *Io El Re*. Quo cum uſus fuiſſet tempore ſanciendarũ induciarum in Belgio, multorum commovit bilem, quibus & aliæ erant, quæ deſiderabant in ratihabitione Regis Hiſpaniarum. Culpabatur prætermiſſio defectuſque ſolennitatum nequaquam negligendarum in tam gravi negotio, inquit Baudius *de induc. belli Belgici lib. 1. p. 56.* quod in papyro, non in membrana con- 14.
ſcriptum inſtrumentum eſſet, q. ſumptus, aut operæ pœniteret. Quodque Rex nomen ſuum ſubſcribere non eſſet dignatus, uti aſſolet, cum ad Principes ſcribit ſuo juri non ſubjectos, ſed ſuperbum illum titulum ſubſtituiſſet *Io el Re &c.* Nec abivit inobſervatum, quod per faſtum & contemptum minuſculo, non majori ſigillo tantæ rei monumentum obſignatum eſſet. Cæterum ut ad Imperii noſtri Proceres iterum revertatur oratio, ex iiſdem eos qui Seculares ſuperioris gradus ſunt, in ſubſcriptionibus Receſſuum Imperii ſemper voculâ Wir uſos fuiſſe deprehendi. Idem ferè à cæteris actum, paucos ſi exceperis quibus variatum placuit. In ſubſcriptione Receſſus Spirenſis de Anno 1544. & Wormatienſis de Anno 154. legimus Ich Gerwig Apt zu Weingarten. *In Receſſu Trevirenſi & Coloni enſi de Anno 1512.* in fine: Ich Bernhardt Graf zu Solms. *In d. Rec. de Anno 1544. in f.* Ich Friderich Graf zu Fürſtenberg. *In ſubſcriptione vero* deß Keyſerlichen Landtfriedens *de Anno 1548.* *Idem* Fridericus *Comes Fürſtenbergenſ* ad plurale redit quod etiam à laudato Abbate Weingartenſi factum noſcitur in ſubſcriptione receſſus Auguſtani de Anno 1548. & in ſubſcript. deß Keyſerlichen Landtfriedens ejuſdem Anni, nec non in ſubſcr. Receſſus de Anno 1551. Sequitur in titulis Principum junctum voci Wir/ von Gottes Gnaden. Quod ſi ad mode- 15.

ſtiam referas, quæ omnes hominum ordines, imprimis verò Principes viros decet, ut intelligant & ſint memores, in omni actione eſſe Deum, à quo proficiſcuntur & emanant omnia, ut habet Comin. *lib. 1. hiſtor. p. m. 33.* & cujus præcellent munere, illi omninò pareant in opere. *2. Feud. 27.* non tolerabile tantùm, ſed & ut pium & Chriſtianum, laudem meretur maximam. At hoc ſenſu nihil quod ſpecialem poſſit Principibus dare prærogativam. Nam ut dicebat Socrates apud Platonem: à Jove Philoſophi ſunt & Reges: Pontan. *de obedient. lib. 2. p. 12.* Et omnes æque gratiâ Dei ſumus, quod ſumus, Apoſtolo teſte. Non noſtra opera aut meri-
16. ta. Quod majori emphaſi aliis exprimere voluerunt Fridericus III. in der Reformation zu Franckfurt am Mayn 1442. auffgerichtet *in pr.* Sintemal wir von Gottes Gnaden vnverdienſter Sachen zu der Würde deß Römiſchen Königlichen Gewalts erhöhet. Et Maximilianus in der Reformation die Freyſchöpffen vnd das heimliche Gericht zu Weſtphalen betreffendt zu Wormbs Anno 1495. *in pr.* Nach dem Wir von Gottes Gnaden zu der höhe Römiſcher Königlicher Würde vnverdienſt beruffen vnd kommen ſeind. Et Otto I. in Epiſtola ad Romanum Pontificem apud Goldaſt. *tom. 1. conſtit. Imperial. p. 220.* reſpectu divinæ Clementiæ Im-

Imperator a Deo eſt permiſſive quia omnis poteſtas à Deo eſt. Oldrad. conſil. 69. num. 10.

17. peratorem ſe dicit Auguſtum. Omnis nempè poteſtas à Deo eſt, Rom. 13. *verſ. 1.* & Reges, Dei regnant gratiâ, Proverb. 8. *verſ. 15.* Daniel. 2. *verſ. 21.* * *Non vengono dati à caſo i Principe della terra, ma donati della maeſtà di Dio che è il primo Principe* &c. Giuſeppe Mattheacci ragionam. *polit. p. 7.*
18. Ad alium verò ſi hæc flectas ſenſum, & quo fortaſſis à compluribus enunciatur, quaſi â ſolo immediatè ſint conſtituti Deo, contradictiones & obſtacula habebis plurima. Ut enim primò ad Imperatorem, cui, ſi ulli noſtrorum Principum, hoc deberet competere, me convertam, neſcius non ſum, & jam olim quoque Carolo Magno, nec non Friderico, & aliis Imperat. Romæ à S. P. Q. R. acclamatum fuiſſe, Friderico pacifico à Deo coronato Imper. vita & victoria. Gerhardus de Roo *in hiſt. Auſtriac.*
19. *lib. 5. p. 205.* Nec præterea me fugit multis in locis Juris noſtri, Imperatores poteſtatem ſuam Deo acceptam ferre, quæ Azorio collectore moralium inſtitut. *tom. 2. lib. 10. cap. 2. §. 6. p. 1551.* hæc ſunt, ut ex eodem refert Herv[illegible] pro Ludovico Imperatore contra Bzovium *part. 2. p. 735.* Auth. *de inſtrum. cautel. ad l. Iuliam ambitus. De Deô Authent. de fide* [illegible] C. *de ſum. Trinit.* Authent. *ut defuncti ſeu funera eorum. §. ſi vero etiam* Authent. *de non alienand. vel permut. reb. Eccleſ. §. ſinimus igitur.* &c. [illegible] *de pac. tenend. in uſib. feud. l. 1. C. de vet. jur. enucle.* Auth. *quam oport.*

* *Plinius* in Panegyrico: *Principem dat Deus, qui erga hominum genus vice ſui fungatur.* *Briſſon.* lib. 1. de Regno Perſar. pag. 8.

Epiſc.

Episc. in princ. l. ult. ad fin. Cod. de quad. praescrip. Auth. *constitut quae de dignitatib. de Consulib. §. olim l. ult. C. de praescript. longi tempor.* Auth. ut nondum ... ientur *in princ.* Auth. *de quaestor. in princ.* Auth. *constitutio quae de dignitatib. in pr.* Auth. *de annu in pr.* Auth. *de privileg. dot. in pr.* Auth. *de trientes et sem. §. ult. l. 1. C. de offi. praef. praetor. Afric. c. Constantinus dist. 96. ibi, unde coram Deo viro, qui nos regnare praecepit. C. quaestum 24. q. 4. c. quoniam c. in scripturis dist. 10. c. duo sunt. C. si Imper. dist. 96. c. legimus dist. 93. c. cum ad verum. dist. 96.* Et ut infinita aliorum hic praeteream testimonia, clarissimum tamen illud est, quod lego in der Chur-fr. 20.
Ordnung apud Goldast. *tom. 2.* der Reichssatz. *p. 35.* der Keyser hat seinen Gewalt ohn alle Mittel von Gott. Ita quoq; Galliae Rex soli Deo, quam habet, acceptam refert potestatem, dum se Regem profitetur, *par la* 21.
Grace de Dieu: nec agnoscit ullam populi benignitatem. Cum enim aliquando Advocatus quidam in causae suae inserviendo, apud judices Curiae Parisiorum dixisset, potestatem à populo Regi datam fuisse, & Ulpiani verba in *l. 1. ff. de Const. Princip.* usurpasset, Curia eundem acerbè increpavit, reiq; verba de actis Curiae deleri jussit, rogante fisci Procuratore, cum negaret Regem Francorum à populo Imperandi jus habuisse. Bodinus *de republ. lib. 6. cap. 5.* ubi Gallica editio, quod Latinae deest, addit. *la cour fit defense au advocat d'user plus de telles paroles, & de puis ne plaida cause, comme un chacun scait au palais.* Idem planè Rex Hispaniae consueto illo *par la gracia de Dios* innuere satagit, & post eum alii, qui 22.
Deum & ensem tantum superiorem agnoscunt; quibus propriè, nos Dei Gratia convenire asseruit Rebuffus *tom. 2. constit. Reg. tr. uti benefi. ante vacat. art. 2. gloss. 1.* Chassan. *ad consuetud. Burgundiae in proœm.* ad verba, *par la grace de Dieu.* Menoch. *consil. 1. n. 104.* At verò, ut maximè haec me- 23.
tam fugiant, nec alios; constat tamen, Imperatorem ipsum fateri, se omnem potestatem suam habere à populo, *d. l. 1. ff. de constit. Princ. l. 1. § sed et enim utique, C. de vet. jure enucl. l. 1. ff. ad l. Iuliam ambitus.* Quomodo autem haec inter se amicabilem poterunt in harmoniam coalescere, potestatem suam immediatè à Deo habere, & eandem tenere à populo? Et ne fortassis quoad nostra tempora aliud quaeras effugium, certum est ex A. B. Imperatorem ex electione Electorum Imperii ortum & pote- 24.
statem trahere. Ut taceā Pontificiorū plerosq;, qui Pontificē Imperatoris confirmantem causam efficientem. Unde Bellarminus *lib. de summo Pon-* 25.
tif. c. 3. & idem de translation. Imper. c. 9. ac in respons. ad 8. proposit. pro causa Venetor. propos. 1. Covarruv. *practic. quaest. c. 1. n. 6.* negant, Reges immediatè à Deo habere potestatem, cum succedant, aut lege hereditatis, aut electionis, aut donationis, aut jure belli, qui sunt tituli humani, non

26. divini. Verùm hisce non obstantibus, Imperator noster jure meritò se
prædicat von Gottes Gnaden erwöhlter Röm. Keyser. Licet enim omnis
provectus (verba sunt Vitigis Gothorum Regis in Edicto de electione
Regis apud Goldast. *tom. ult. constit. Imperial. p. 114.*) ad divinitatis sit
munera referendus, nec aliquid constet bonum, nisi quod ab ipsa dignoscitur
esse collatum: tamen quàm maximè causa Regiæ dignitatis supernis
est applicanda judiciis. Quemadmodum prætereà aliis in rebus videmus,
non instrumentis adscribi, quod operis perficitur, sed artifici,
27. ita & hic motori potiùs primo, quàm populo aut Electoribus, quibus
ceu instrumentis organisq; utitur ille, qui divûm mortaliumq; turmas
28. Imperio regit unus æquo, quicquid est acceptum referimus. Et proba
est aliorum distinctio, potestatem, quæ concessa est Imperatori & Principibus,
â Deo esse immediatam, modos verò eam consequendi esse sine
dubio humanos. Hanc Ludovicus, in notabili sanctione illa, quam Albericus
de Rosate *ad. l. benè à Zenone. C. de quad. præscript.* habet, haud
obscuris firmat verbis: Declaramus, quod Imperialis dignitas & potestas
est immediatè â solo Deo, & quod de jure & Imperii consuetudine approbata,
postquam aliquis eligitur in Imperatorem, sive Regem, ab Electoribus
Imperii concorditer, vel majori parte eorundem, statim ex sola
electione est verus Rex & Imperator Romanor. censendus & nominandus.
Matthiæ Apostoli vocatio procul dubio immediatè erat â DEO;
sors tamen interveniebat, perinde ut in electione Saulis: Cluten. *d. syl-
29. loge th. 4. lit. e.* Pontifex â Cardinalibus eligitur, potestatem autem suam
& ipse immediatè Deo acceptam refert. Quibus ita positis, quoad Principes,
qui vitam & esse ab Imperiali mutuantur gratia, in alia omnia videbatur
abeundum. Illi enim superiorem recognoscunt. E. non â Deo immediati.
Quo sine dubio nixus fundamento Ludovicus XI. Rex Francorum
Armaricorum Ducem verba ista, Dei gratiâ, de suis jussit detrahere
scriptis. Tametsi, inquit Bodinus *lib. 1. de Republ. C. ult.* in omnibus antiquis
fœderibus ea usitata legimus, nec Principibus modò vel Ducibus,
30. sed etiam minimis magistratibus ac legatis adscripta. II. Gratiæ Imperatoris
nullam faciunt mentionem, â qua tamen illi sunt, quod sunt, sed
quasi saltu facto, causâ omissâ propinquâ, ad remotissimam convolant,
cujus gratia generalis in ipsos videtur, Imperat. verò specialis, cui hoc
in passu liberum â DEO relictum arbitrium. Quod cum secum accuratius
fortasse trutinasset Bertoldus de Zeringen, ne in Imperatorem videretur
injurius, in Deum verò improbus, conceptis hisce verbis uti maluit. Ego
Berchtoldus de Zeringen Dux & Rector Burgundiæ, DEI & Imperiali
gratiâ: vid. Petr. Pithæum *livr. 1. des Comtes de Champagne & Brie pag. 473.*

operum

operum suor. Nec est, quod excipias, si hæc fundamentalia velim, malè 31.
quoq; Imperatorem agere, dum non æquè, ac modò laudatus Princeps,
se Dei & Electorum gratiâ Electum profitetur. Ratio enim differentiæ
insignis hæc ad manus mihi est: Imperator quod electus, gratiæ Electorum hoc attribuere nequit, cum illi nullum gratiâ, aut alio affectu, ad
gubernacula Imperii promovere possint, sed imò cogantur juratò promittere gratiam omnem hoc ipso electionis ab actu abesse & abfuturam
A. B. c. 2. Secus se res habet quoad Principes reliquos, qui utiq; meræ gratiæ Imperatoris creaturæ existunt. Sunt qui Principes Imperii ex privilegio hoc titulo uti scribunt: Matth. Stephani 2. *de jurisd. part. 2. c. 7. n. 40.* 32.
Quod si verum est, non opus erit aliundè alias conquirere cautas. Et fortassis ita est, ut maximè expressum Principibus nostris hujus rei non sit
privilegium, sit tamen longissimo & immemoriali tempore inter ipsos
observantia, ejus in vicem. arg. *l. 3. § 4. ff. de aqua cotidiana & æstiva* Absonum interim regulis æqui & boni non est, Dei gratiam, Imperiali involuta silentio, tantum potestati suæ præscribere, cum & ipsemet Imperator 33.
Dei gratiâ, ex qua est, quod agit, agat, & aliàs quoq; aquam ex fonte nos
habere affirmemus, etiam si longas per canales, tubulos, aut quosvis alios
artificiosos meatus ad nos tandem ea perveniat. Christus ad Pilatum,
qui potestatem vitæ & necis sibi in eum competere affirmabat, nullâ Cæsaris injectâ mentione, desuper hanc ei datam respondet: Johan. *c. 19. v. 11.*
Quod licet glossi, teste Petro de Andlo *lib. 2. de Rom. Imp c. 8 p. 101.* dupliciter accipi posse moneat, desuper, id est, à Cæsare, qui te Palæstinæ fecit
Præsidem, vel supernè à Deo, qui primarius tuæ potestatis author, attamen posterior loco est convenientior. Vt autem seculares Principes, præsertim verò jure illi, quorum grad° & dignitas illustrior, von Gottes gnaden/ ita Abbates, & alii Ecclesiæ Prælati von Gottes Verhengnuss se constitutos prædicant. Quod in effectu tamen cum phrasi priorum idem, aut 34.
non multum abludens est. Vocabulum enim Germanicum Verhengnuss
non præcisè de illis, quæ mala sunt, enunciatur, ut aliquibus visum, sed &
de bonis item in der Teutschen Rhetorick Joh. Cæsaris *pag. mihi 153.* Willen/ 35.
Gunst vnd Verhengnuss conjunctim posita in renunciationum formulis
inveniri dicitur. Et circa annum Christi 1050. Fridericus ab Hohenstauffen
Dux Sueviæ hereditario jure ab Henrico IV. creatus hoc illius titulo legitur: Friderich von Verhengnuss Göttlicher mildigkeit Hertzog zu Schwaben/ eine [illegible] Crusius *part. 2. l. 7. c. 1. annal. Suevic.* Ad alios si quid perscribant, vel edicant Principes, catalogum ditionum, quas vel ex ipsa possident, vel ad quæ prætensio juris cujuspiam ipsis est, soliti sunt annectere.
Qua in re si conveniens sit moderatio, nihil est, quod aliorum veniat improbandum judiciis. Et, quid si sarcasticum aliquid prorumpat, non est, 36.

In Pfaltzischer Lade ordnung c. 12. p. [illegible] *renunc. tun* *ter* guthe wille vnnd Verhengnuss.

quod illi magnifaciant, ſed potiùs generoſa tranſmittant patientia. Ha-
37. beant Carolum V. Imperatorem, quem ſequantur. Hic cum ad Franciſcum I. Regem Galliæ, quo cum res ipſi erat, pro ratione Majeſtatis ſuæ ſcripſiſſet, tituliq; Imperiales, atq; provinciarum ac dominiorum inclytæ domus Auſtriacæ magnum chartæ ſpacium implevilſent, mordax Gallus in reſponſione tantundem ſpatii inſumpſit repetitione Galliæ, hoc modo: Franciſcus I. Rex Galliæ, Galliæ, Galliæ &c. (vel ut eſt diverſa authorum relatio, *Francois par la grace de Dieu, Roy de Gentilli*, qui pagus eſt haud procul Lutetiis Pariſiorum) addito, unum ſuum Galliæ Regnum ſufficere omnibus Imperii provinciis domandis. Piccard. *decad.* 4. *obſervat. hiſtoricopolit. c.* 10. *p.* 228. Ad hæc * Carolus ſine motu & bile, tandem reipſa palàm faciens, quid ſibi roboris, & quantum Gallus vanâ perſuaſione à ve-
38. ritatis aberraſſet tramite. Beati verè præſertim hîc poſſidentes, & illi, qui non nudis tantùm inhærent titulis. Sine re enim ſi fuerint & jure, nuces erunt caſſæ,

——— *inopes rerum, nugæq; canoræ.*

Quandoq; verò etiam cum re & jure, riſum potius, applauſum minus
39. concitabunt. Scilicet ſi quis minutiſſima quælibet titulis infarciat, & Marocarum imitetur Regem, qui ante aliquot annos ad Ordines Belgii confœderatos fertur dediſſe literas, longo titulo trigintis verſibus rhytmicis conſcripto, quem ſubſecutæ tres aut quatuor lineæ, rem ipſam, cujus gratiâ literæ exarratæ erant, exponentes: Joſ. Scalig. *ad Steph. Hert. Au-*
40. *rel.* Sunt quidam Principes, inquit Petr. Gregor. *lib.* 6. *de Republ. c.* 11. *n.* 13. qui multis titulis ſeſe exornant, multiſq; ditionum nominibus ſibi applaudunt, ex quibus forſan aliquando uxores prodierunt, vel quorum majores poſſeſſores fuerunt, ſed poſſeſſione deturbati ſunt, vel ceſſione factâ, vel venditione, eam in alios transtulerunt. Quod quidam faciunt, ut generis ſui nobilitatem commendent, vel ut perſuadere poſſint, jure quodam in hiis in idea retento: quod certè rident alii Principes, qui verè poſſident, & ſomnia illa contemnunt. Horum nonnulli, quorum videlicet jus extinctum, aut penè in fumum abiit, aliis non multum abſimiles videntur illis in Italia hoſpitibus, qui ut diverſoria ſua, ſeu cauponas à peregrinantibus magis frequentari procurent, ferarum exuvias, vel
41. januis, aut aliis ædium prominentioribus tignis affigunt, quaſi cupedi-

A retentione nominis arguitur ad retentionem effectus l. à nullo. in f. C. de ſervis *Nicol. Everhard. Iunior* conſil. 49. n. 31. vol. 1.

* *Videatur Gregorio Lopez* en las excellencias de la Monarchia y Reyno de Eſpanna c. 9. p. 64. *ubi tractat* Reyes de Eſpanna porque ſe intitulan en particular de los Reynois que en ella ſe comprehenden.

** *Nonnulli cum Plautino milite campis Gurguſti doniis Bombomachide aliisq; ſeſquipedalibus titulis ſeipſos ludificant, quibus in Vtopia, ulla ve regione noctis vix locus. Vieter* de cauſ. exempt. concluſ. 31.

atum, quæ intus teneant, certos indices, cum eæ reverà aliquot retrò annorum sint rara spolia, carne jamdudum in aliorum succum & sanguinem conversa. Præterea Principes appellamus Illustres, vel Illustrissimos, Clementes Dominos, Serenissimos, Celsissimos &c. Quis enim omnia 42.
brevi poterit complecti catalogo, nisi ceremoniarum aulicarũ protonotarius. Illustris in jure nostro quandoq; opponitur privato. Ita observo *in* 43.
l. 32. §. 5. C. de appellat. ubi privatus homo, id est, non illustris dicitur. Alias dignitatis refert titulum *l. 60. & 61. C. de decurionib. lib. 10. l. ult. C. de injur. l. 26. §. 1. C. de usu. l. ult. §. 1. ff. de Senator. l. 1. C. ubi Senator vel clariss.* & gradus dignitatis illustratus dicitur *l. 13. §. 8. C. de judic.* mulieribus quoq; competens *l. 5. C. ad SCtum Orficianum.* Dignitatum quatuor classes doctiores 44.
constituunt, quas Challan. *part. 1. cat. gl. glor. mundi consid. 66.* sequentibus inclusas retulit versiculis:

Illustris primus, medius spectabilis, imus,
Ut lex testatur, clarissimus esse, probatur.
Et super illustris præponitur omnibus istis.

Alii distinctius ponunt Perfectissimos, Clarissimos, Spectabiles, & inter eosdem supremos Illustres. Sed diversitatem temporum si spectes, sine dubio in his varios ambiguitatum gyros, & formam deprehendes haud unam. Egregiatus enim & alia ab his separata dignitas *l. 1. C. Theodos. de mun. l. 1. C. Theodos. de honor.* & firmat elegans Lactantii locus *lib. 5. c. 15* (ubi tamen hoc non reperio) à Cujac. *ad l. un. C. de perfectissimatus dignitate lib. 12. relatus.* Nemo egregius, nisi qui bonus & innocens fuerat. Nemo clarissimus, nisi qui opera misericordiæ largiter fecerit: Nemo perfectissimus, nisi qui omnes gradus virtutis impleverit. Mentio etiam fit eorum, qui supra illustres positi § *in summa. 10. instit. de injur. d. l. 26. §. 1. C. de usu. r. l. 38. C. de appellat.* ubi supra illustres magisteriæ potestatis homines, nec non Consulares censentur. Quib⁹ tamen preter supra dictas nullam aliam dignitatis notam attributam alii tradiderunt, quod ego exactius hic non rimor. Illustres nostri dicuntur Principes, Duces (quib⁹ quandoq; & olim hic datus titulus. *d. l. 38.*) Marchiones, Landgravii. Et ut ex Fraecc. *de subst. feud. lib. 1 in* [illegible] *n. 14* Ruland. *de commiss. part. 2. lib. 5. c. 4. n. 3.* Barones habentes regalia, & Comites. Quod si de nonnullis verum, de individuis, atq; aliis Statib⁹ Imperii exaudiendum erit. Ego nec illud tamen generaliter dixerim, sed generosos (ex generatione, ut loquitur Cornelius Franc. Dempsterus *in Paralip. ad antiquit. Rosin. l. c. 19. p. 80.*) Hoch vnd Wolgeborne plerosq; æstimaverim. Ceterũ ullillustres illustres dici, ãnotavit etiã Schl. ad. *consil. 13. n. 172.* Illustres [illegible] item [illegible] Principes, ex sententia Claude Fauchet *de l'origine des chevaliers* [illegible] *chap. 5. circa fin. pource que leurs ayeuls ont relui par les grãdes dignitez* [illegible] *qu'ils ont tenus, & leur beaux faicts d'armes & de paix.* 45. 46.

in Zad. co. cons. 26. n. 28. Paragr. [illegible] *illustrissimos appellat sed ma* [illegible] *de Regal. lib. 1. c.* [illegible] *n. 8.*

Quia

Quia horum majores resplenduerunt dignitatibus & officiis maximis,
47. quæ tenuerunt, & egregia opera belli pacisq;. Sixtus V. Pontifex pau-
perrimis editus parentibus, illustri se domo natum dicebat, quippe quæ
sine tecto à Sole omni ex parte illustrata fuisset: Thuanus *histor. lib. 82.*
48. *p. 27.* Alio longè sensu nostri illustri prodeunt ex domo, quod pro fami-
lia est, cum ut modo dictum, horum antecessores illustres dignitate &
factis volitarint per ora virum, ut alibi Poëta canit. Sed & ipsimet illu-
stres sunt, quia illustri in loco, uti excelsa quadam in specula aut montis
jugo positi, & supra communem evecti sortem, unde ad venerationem
& cultum, tanquam superiora quædam lumina omnibus cognobiles.
Virtutes verò ipsorum sago togaq; spississimas calamitatum publicarum
nebulas perrumpunt, dissipant, & subditorum in utilitatem absumunt,
atque mundum suæ concreditum curæ prudentiæ radiis illustrant. Deni-
que sunt instar stellæ cujusdam polaris lucidissimæ, sed immobilis suo
quisque in hemisphærio, quam circa tanquam cardines quosdam reli-
49. quus sui cœli chorus volvitur, justâ mobilitate. Clementes, & Clemen-
tissimi inde sunt, quia quam supremus Principum Deus mortalibus ex-
hibet Clementiam, eam, per quam solam Dei imitatio servatur. *l. fin. C.*
de donat. inter vir. & uxor. ipsi prototypi sui ad instar sectari debent pro-
nâ & facili voluntate. Tantopere, inquit Cothman. *ad rubr. C. Iustin.*
vers. Clementia nostra. num. 13. Clementia decet Principes, ut inde no-
50. men adepti Clementissimi appellentur. Illustrissimi titulo Serenissimũ
præferunt, imaginariâ potiùs, quàm ullâ ratione aliâ; sed & contra ipsã
vocabulorum efficaciam. Hic titulus Ducibus Italiæ ferè promiscuus,
ut Rudolphin. *de origine &c* Ducum Italiæ numero potissimum 241. &
seq. deduxit. In Germania quandoq; Archiducibus Austriæ solis datus,
aliis deinceps, ut Electori Saxoniæ, Duci Bavariæ &c. dari cœpit. Et cum
olim quoque de Saxone verba reverenter facientibus moris fuit dice-
re Ihre Fürstliche Gnaden / meritò hodiè illud mutarunt in Ihre Fürst-
51. liche Durchleuchtigkeit. Atque tunc Serenissimi titulum Coloretus ali-
quando Legatus Magni Hetruriæ Ducis in Germaniam, avarè adeò ab
Electore & Archiepiscopo Trevirensi exegit, ut Illustrissimi tantùm in-
scriptione literas, negaverit ad Principem suum se allaturum. Cumque
Elector contra deduceret, nullum Italiæ Principem trecentis retrò an-
nis alioquin illustrissimi titulo ab antecessoribus suis insignitum fuis-
se, Legati tamen pertinacia & Saxonis exemplum mutationem procura-
52. runt. Et quis invideat, quod Principes & magnates ut honoris, ita & ti-
tulorum, etiam inter seipsos, exactores & vindices rigidissimi. Landgra-

vius [illegible] ægrè tulit, quod Excellentiæ, non Celsitudinis titulo à Magno Duce Hetruriæ, prædicta legatione, à Daniele Eremita quæ conscripta circumfertur, honoratus fuerat, atq; nonnihil commoto vultu, velut indignabundus, literas, quas effracto signo titulotenus inspexerat, in mensam projecit. * Elector & Episcopus Moguntinus, cum eadem legatione literas tituli Illustrissimi ad se datas conspexit, dubitare cœpit, easdem an reciperet, [illegible] literas eas sibi scribi. Cumq; Anno 1561. per legatum Pontificis Pii IV. ad Augustum Electorem Saxoniæ, & reliquos Protestantium Principes in Conventu Naumburgensi literæ fuissent oblatæ, hujus inscriptionis, dilecto filio, Nobili viro N. N. Electori Duci, Landgravio &c. eæ non modò non resignatæ, sed & in hospitium legati fuerunt remissæ: Thuan. *lib. 28 hist.* Kirchner. *de Republ. disp. 12. th. 1. lit. 6.* Habent autem Pontifices in more positum, Electores, Duces & Principes Nobilis afficere titulo. Ita Leo X. Nobili viro Ludovico Comiti Palatino S. R. Imperii Principi Electori: Marquard. Freher. *in Epistol. respons. de Electur. [illegible]* 1. Comitivæ Palatinæ Rheni antiquitus annexo. *p.* 20. Innocentius III. Ducem Carinthiæ *in c. venerabilem. in fin. extr. de elect. & elect. potestate.* Innocentius IV. Comitem Polon. Regis Portugall. fratrem, Nobiles viros appellat &c. [illegible] Nolden *de Nobilitate c. 1. n. 59. & seq.* Et *au brief de Clement [illegible] au Roy de [illegible]*, quod ad calcem *du discours de la legation de Monsr. le Duc de [illegible]*, adpositum, ita legimus; dilecte fili, nobilis vir &c. Gregorius XIII. in literis ad Guilielmum Cliviæ Ducem, in inscriptione, dilecto filio, Nobili viro &c. & in initio, dilecte fili, nobilis vir &c. apud Herculem prodicum p. 454. Quod ut excusaret Purpuratus *in rubr. ff. de jurisd. n. 8.* [illegible] scribere: quando denominatio fit à pari vel minori, [illegible] decorandus est majori titulo, secus si denominatio fit à superiori, ut à Papa, qui loquitur, tanquam Pater spiritualis; *c. [illegible] de crimine falsi*, & pater filio omnem honorem impendere non tenetur: *arg. l. un. C. de [illegible] propinquor.* Rodolphus *d. tr. n. 335.* Sed quàm proba hæc sint, excutiant alii. De Imperatore, qui & ipse parens omnis est dignitatis Nolden. *de Nobilit. c. 1. n. 61.* notavit, quòd is, quamvis in inscriptionibus & titulis Comitum ac Baronum hunc stylum retineat: den Edlen unsern und deß Reichs lieben Getrewen N. Graven oder Herrn zu N. nisi tamen Principibus celsioris gradus titulum tribuat, illas literas ne resignare quidem, sed sine responso solere remittere.

53. 54. 55. 56. 57.

* [illegible] de Regno Bohem. [illegible] c. [illegible] n. [illegible] p. 367 *in tribuendis [illegible] semper fuit tenax. [illegible] plurimi [illegible] Comites, atq; Barones [illegible] fuere [illegible]. Et fuit Principi [illegible] ori immissas manducaret, & devoraret [illegible] Cancellariis [illegible], sed utrum verum alii judicent.*

Illud novi in decreto Sigiſmundi Imperatoris de anno 1417. apud Goldaſt.
tom. 2. der Reichsſatz. *p.* 97. Principes Hochgeborn/ Comites Edle/ Nobi-
les Strenge dici. Vocantur præterea Principali dignitate præditi Herrn
58. vnd Herrnſtandes Perſohnen/ uti & eorum liberi die Junge Herrn/ oder/
die Junge Herrſchafft: licet nonnunquam in ſpecie illi quoq; Herrn di-
cantur, qui Baronum ad claſſem pertinent, quales ſunt Barones Ruſſi,
Herrn zu Plawen/ Schlaitz/Graitz/ Kranichfeldt/ Lobenſtein vnd Gera/
die Herrn zu Rappolſtein/ Herrn von Hohenſaxen Comites Mansfelden-
ſes vocantur Edle Herrn zu Heldrungen. Comites Lippienſes Edle Herrn
zur Lippe vnd Spiegelburg/ Graffen vnd Edle Herrn zu Dipholt. Archi-
duces Auſtriæ ſunt Herrn auff der Windiſchen Marck/zu Portenaw / zu
Salins. Duces Juliacenſes Herrn zu Ratenſtein. Duces Megapolitani
der Lande Roſtock vnd Stargardt Herrn. Duces Würtembergici Herrn
zu Harburg vnd Reichenweil. Marchiones Badenſes Herrn zu Röteln
vnd Badeweiler. Anhaldini Principes Herrn zu Zerbſt vnnd Bernburg.
Comites Schvvartzburgenſes Herrn zu Arnſtadt / Sondershauſen vnd
Leuchtenberg. Comites Naſſovienſes de Sarbrück/ Herren zu Wißbaden
59. vnd Jtſtein. Nolden. *d. tr. c.* 8. *n.* 207. *& ſeqq.* Domini titulus latinus, ab
initio exilis, paulatim ad ſummum aſcendit deinceps faſtigium, in quo li-
cet nonnihil permanſerit, attamen aliis quoq;, quorum fortuna nondum
60. ad culmina pertingeret ſuperiora, cœpit communicari. Dominus anti-
quis dictus, qui convivium exhiberet, & dominia convivia, non quævis
tamen, ſed quæ domi celebrarentur. Lucilius *ſatyr. lib.* 13. primùm domi-
nia, inquit, atq; ſodalitia omnia tollantur, per ſodalitia intelligens, quæ
non in domo quiſq; ſua, ſed publicis locis magiſtratus ſeu ſodalitates
61. præbebant. Connan. 3. *com.* 3. *n.* 1. *&* 10. *com.* 5. *n.* 7. Cujac. 11. *obſerv.* 12. In-
ſequente ætate Domini appellatio ita ampla & ſuperba Romanis habi-
ta, ut & nonnulli Imperatores eam recuſarint. Cum Comœdus quiſpi-
am in theatro Auguſtum appellaſſet Dominum, idq; propter ſpectatores
omnes oculos in eum conjeciſſent, poſtero die edicto idem reſpuit, neq;
impoſterum fieret, prohibuit. Hujus ſucceſſor Tiberius, vocem Domini
ut injurioſam à ſe repulit. Idem reſpuit Claudius Nerva &c. qui ſolos De-
os Dominos compellandos exiſtimaverunt. Sueton. *in Aug. c.* 58. & Tiberi-
us *c.* 7. Dio *lib.* 55. Jul. Cæſar Bulenger *de Rom. Imp. lib.* 1. *c.* 32. *p.* 56. Scipio Gen-
til. 2. *pareig.* 22. Et Domini nomen Dei eſſe cognomen, tradit Stevvich. *ad*
62. *Veger. in prolegom. l.* 2. *p.* 53. Nonnulli tamen tandem approbarunt. Et ſi fi-
dem habemus Sexto Aurelio Victori, primus Imper. qui edicto cavit, ut ſi-
bi nomen Domini attribueretur, fuit Caligula, vel ut prodidit Suetonius,
63. Domitianus. Idq; tantas poſtea quotidiano uſu conquiſivit vires, ut Plini-
us ſecundus, uti Senator egregius, ita Orator ſui temporis præſtantiſſimus,
ad Im-

ad Imperatorem Trajanum cognomento Bonum scribens *10. Epist.* nunquam alia nisi Domini voce eum compellaverit. Idem Pontificum non- 64.
nulli literis suis ad Imperatores secuti sunt *c. sacerdotibus. 41. c. 11. q. 1.* populariter, ut ajunt, non ex subjectione. Quo sensu aliis quoq; attribui cœpit, quos reverentia & honore afficere animus erat. Et extant in jure nostro 65.
hujus rei certa vestigia *l. Nesenn. 22. in pr. ff. ad l. falcid.* ubi ut alia sileam, mariti uxores suos Dominos vocarunt * *l. uxori 41. in pr. ff. de legat. 3. l. Tit. 19. §. qui Marco 1. ff de annuis legat.* Quod dum fusiùs persequitur Chassan. *in ca-* 66.
tal. glor. mundi considerat. 31. p. 67. tandem eò delabitur, ut inquirat, an maritus etiam ad hoc teneatur, ut uxorem vocet dominam, & ex Br. negativè concludit, ex Antonio verò Corseto *de potestate Regia quæst. 30.* distinguit.
Maranta *Consilio 25. n. 19.* aliquot textibus confisus decidit, Doctorem ap- 67.
pellandum Dominum, & ej⁹ uxorem dominam. Repetio quandoq; in usu fuisse, ignotos hoc compellare nomine. Seneca *epist. 3.* Quomodo, inquit, 68.
obvios, si nomé non succurrit, Dominos salutam⁹. Quod nec hodiè ubiq; cessat, æquè ut illud, quando per ironiam, aut irâ perciti (ita ut parentes liberos ad pœnam vocantes, Herrlein/Jüncferlein appellitant) eodem utebantur nomine. Ad quem, aut verè superiorem sensum pertinet illud Martialis *lib. 5.*

Cum voco te Dominum, nolo tibi Cinna placere,
Sæpe etiam servum sic resaluto meum.

Blandientium quoq; hæc vox est Ovid. *3. Amor. c. 6.*

Et mihi blanditias dixit, dominumq; vocavit.

Vt scilicet omnium rerum, etiam abjectissimarum & levissimæ notæ, 69.
pretia crescunt & augmenta sumunt supra meritum, ita & vilissimos bipedum titulis supra sortem excrescere seculo nunc est.** In Italia multo 70.
magnifico, multum magnificos, etiam Sellulariç operæ artifices, se appellari, quasi jure quodam exposcunt. Mercatores & alii verò quorum pinguior fortuna, haud rarò, ut infra dignitatem cum stomacho aut bile dictum excipiunt titulum. Profusè verò, ut Hispani *Vestra merce*, ita Itali tertio quoli verbo adnectunt *Vostra Signoria*; Quod idem est, ac vestra dominatio. Ariostus quadam in Satyra Hispanis hujus tribuit originem:

Da poi che l adulatione Spagnuola
A posto la Signoria in burdello.

In decem diebus Breccii, quod pratum est floribus linguæ Italicæ

* *Dominatum uxoris non debet esse ultra colum, pensum, & fusum* Gail. 2. obs. 144. n. 3.

** In R. A. zu Augspurg de anno 1530. t. der Hauptmann soll ohne schaden 2c. fit mentio einer Ordnung der Tittel halben/vnd wie ein jeder dem andern in seinem Standt schreiben soll.

refertiſſimum, bis tantùm hanc loquendi formulam reperiri notavit Eſtienne Paſquier *des recherches de la France liur. 7. chap. 5 p. 825.* quâ hodiè
71. tàm frequenter abutuntur: Sed & ubiq; ferè mendicantes validi, cum corporis nullâ laborent parte notabili, quâ poſſint alios ad commiſerationem permovere, ad blanditias properant, & uno obulo dominationes, Nobilitates &c. vendunt, atq; ita ex majoribus minora conficiunt Re-
72. galia. Quibus illud Græcum reponerem οὐκ ἐθέλω δόμινε, οὐ γὰρ ἔχω δόμεναι, *recuſo nomen domini, quia non habeo, quod dem.* Aut dando, alterum illud Græcum tenaciùs obſervarem, δὸς ἄρτον πτωχῷ, καὶ κονδύλον ὄψον ἐπ'
73. αὐτῷ *des panem mendico & colaphum pro obſonio.* Hac verò profuſione utuntur non ſolùm erga alios, è quibus aliquid lucelli ſperant, verum etiam inter ſeſe, uti ille Pragæ obſervavit, qui pannis & annis obſitos mendicos inter ſe inaudivit quærentes, an iſtâ die Dominus largam eleemoſy-
74. nam ſuſcepiſſet. Illud deniq; circa vocabulum Domini notabile eſt, irrumpente in Latium barbarie, ſyncope inductâ, domnus pro dominus dictum. Ejus veſtigium extat in litaniis Pontificiorum, ubi legimus, ut Domnum Apoſtolicum, & omnes Eccleſiaſticos ordines in ſancta religione conſervare digneris. Et in conſtitutione Athalarici Gothi Regis Romanorum *conſt.* 3. ibi, glorioſo Domino, avo noſtro, apud Goldaſt. *tom. 3. conſtit. Imper. p. 93. & ejuſdem pag. conſtit. 4.* Inde Italorum poſtea *donna*, pro domina, ſine dubio natales habuit ſuos. Compoſita quoq; inde deminutiva, domnulus & domnula. Salvianus *in Epiſtola quadam*, quam nomine Palladiæ ſcribit ad Hipatium & Queetam hujus parentes: Advolvor veſtris (ô parentes chariſſimi) pedibus, illa ego veſtra Palladia, veſtra Gracula, veſtra domnula, cum qua his tot vocabulis quondam
75. indulgentiſſima pietate luſiſtis: Paſquier. *d. l. pag. 821.* Atque ex hacte-
* nus dictis ſatis clareſcit, Domini titulum, ſi cui attribuatur, non præ-
** ciſam ſtatim inducere ſubjectionem. Et notatum ab aliis inde eſt, verba honoris, aut curialitatis, ne hilum obligare, Mantica *lib. 2. de fac. & ambig. conu. tit. 4. n. 48.* Marpurg. *conſil. 23. n. 3. vol.* vel ut Boetius ait *deciſ. 153. n. 37.* Verba ad complacentiam prolata ſervire de vento, nec ullam obligatione inducere. Quod & ſupremæ in Imperio Cameræ placuiſſe, probant ea quæ congeſſit Gilman. *tom. 4. part. 3. vot. 3. n. 183.*

* *Hiſpani vocant Palabras de Complimiento.*

** *Verba honoris, ut dicunt Itali, non ſunt appiciatoria: Carocius* deciſ. 46. n. 1.

CAPUT VII.

CAPUT VII.

De

Oneribus Statuum Imperii.

SUMMARIA.

1. Status tenentur investituram petere ab Imperatore.
2. Hujus rei variæ afferuntur rationes.
3. Quando investitura petenda, ubi notatur discrimen inter jus feudale & moderno[illegible].
4. Jus feudale, hoc in passu, parum sibi constans.
5. [illegible] opinio.
6. [illegible] responsio.
7. Utraq; improbatur.
8. Distinctio aliorum.
9. 10. 11. 12. Improbatur & ipsa.
13. 14. Alia [illegible] distinctio.
15. Vultei opinio.
16. Demonstratur invalida.
17. 18. Authoris opinio.
19. Prorogatio termini petendæ investituræ cujus debeat fieri consensu.
20. Investitura, regulariter, ad Domum Domini petenda.
21. Excipitur familia Austriaca.
22. Ut & Rex Bohemiæ.
23. Olim in curiis solemnibus, hodie ut plurimum investituræ in aula fiunt Cæsarea.
24. 25. Investitura an peragi possit per procuratorem?
26. An per Procuratorem liceat investituram concipere?
27. Distinctio nostris ad mores aptata.
28. Descriptio investituræ Mauritii Electori Saxoniæ factæ.
29. Electores investiuntur publicè.
30. Alii investituram publicam sibi ducunt esse [illegible] decori.
31. Investitura alia propria, alia abusiva: cum [illegible] Symbola.
32. In investiuntur Ecclesiasticis baculus, in secularibus vexillum & gladius adhibetur.
33. Inter vexilli traditionem, & gladii deosculationem, quæ differentia.
34. Formulæ investiturarum
35. Caput 25. Aureæ bullæ ad solemnitates investiturarum notabile.
36. Formula juramenti fidelitatis, quod immediati Imperatori præstant.
37. Tres formulæ juramenti fidelitatis ex Sigonio.
38. Solennia concomitantia præstationum juramenti.
39. Neapolitanorum feudum ligium, quibus collatum ceremoniis.
40. Vasallus ligius ita unde dictus.
41. Differentiæ inter vasallum ligium, & non ligium.
42. Qua submissione fidelitatis juramentum præstandum.
43. Notabile Comitis Sabaudiæ factum.
44. Status non tantum feudi, sed & ratione personæ Imperatori obligantur.
45. Coguntur Status comparere ad Comitia, propriis sumptibus.
46. 47. Emanentibus an [illegible] pœna?
48. Dantur obligationes, quibus nulla addicta pœna.
49. Status obligantur negotia Imperii diligenter perpendere.
50. Contribuunt Imperio propriis ex ærario.
51. Exceptio propositionis.
52. Exceptio [illegible] respectu Statuum.
53. Ejusdem ratio, respectu [illegible].
54. Subditi regulariter collectas Imperii dependunt.
55. Exceptio alia.
56. [illegible]
57. Collectæ [illegible].
58. Contribuendo [illegible] vel in hominibus

Memini, me suprà, ubi descriptionem Status Imperii communiter hactenùs receptam explicarem, nonnulla onera Statuum, quasi extremo tantùm digito attigisse; præsenti, quantum potero, capite ea largiori tractabo dexterâ, & a-
1. lia ejusdem quæ sunt tituli & farinæ adjungam. I. Tenentur investituram petere Principatuum suorum ab Imperatore, à legibus intra præscriptum terminum, debita cum reverentia. Est enim investituræ petitio signum reverentiæ, quam Vasallus Domino suo exhibere debet. Curtius Junior *de feud. part. 4. n. 45.* Motzius *de substantialib. feud. n. 4.* Potissimum autem nobis hic sermo est de feudis, quæ Imperii Status immediatè ab Imperio tenuerunt, quorum renovatio per investituram tunc petenda est, quando vel Imperatore mortuo alius ejusdem in locum suffectus, aut quando persona Vasalli mutata *c. 1 in pr.* ubi Isernia. Bl. Al-
2. varott. & Afflictus, quo tempore miles. Nimirum ut signum hoc reverentiæ primùm exhibeatur Domino, eoque Vasallus quasi fateatur, se feudum potiùs beneficio Domini & primi acquirentis, quàm successione habere, neque longinquitate temporis, aut ignorantia Vasalli Domino jus suum, quod habet, intervertatur. Quia sicut & aliæ promissiones sunt personales, & unà cum persona promittentis intereunt, ita etiam in feudis onera personalia sunt, & cum Vasallo pereunt, ut ea de novo à promissore præstari necesse sit. Quodq; juramentum à defuncto præstitum, utpote personale, cum ipso expiret, atq; adeò de novo à successore præstandum sit. Ex aliis Vultejus *de feud. lib. 1. c. 7. n. 58.* Covarruv. *tom. 1. relect. c. quamvis de pact. in 6. §. 5. n. 12. & 14.*

Verùm cum harum nonnullæ nimis mihi videantur generales, nec omnes probè ad speciem nostram faciant, ex illis maturo judicio aptiores tantum seligendas relinquo. Quando, seu intra quæ tempora reno-
3. vatio prædicta petenda sit, jura Imperii nostri à communi Longobardorum jure feudali recedunt; imò & hoc quoq; sibi non admodùm videtur constare. In Caroli V. constitutione das Röm. Königl. May. Regiment betreffent / *facta VVormatiæ Anno 1521.* § Vnd behalten vns bevor / *legimus,*

das in einem Jahr (*casu puta superiori emergente*) einem jeden seine Regalien zu empfahen gebühret. Jus feudale commune anno prætereà adjicit diem *c. un. in fin. princ. de prohibit. feud. alienat. per Fridericum 2. F. 55.* Quod ideò factum putat Mynsinger *5. observat. 15.* ut evitetur illud dubium, an dies termini computetur in termino: æquè ut in jure retractuum arbitratur Tiraquellus. Ut ut sit, sanè frequentissimum esse deprehendimus lectione legum Caroli Magni, Pipini & aliorum, plerisque negotiis, quibus annus pro termino præstitutus, diem insuper additum: Estienne Pasquier *des recherches de la France liur. 4. chap. 30. p. 501. & seq.* Idem tamen jus parum, ut diximus, sibi constans *in c. un. in pr.* quo tempore miles *1. F. 22.* anno petendæ investituræ mensem apertis adjicit verbis. Hottomannus ut consonantia hæc inter capitula appareat, pro mense substituit diem. Cujacius ibidem vetustum adducit Codicem, in quo ita scriptum. Sancimus, ut nemo miles ultra annum & mensem, & diem. Harum cum sine dubio alterutra sit superflua, retinendam cæteris textibus vocem convenientiorem diem. Violentum hoc est remedium, & non nisi morbi desperatissimi, cui si adhibeatur indistinctè, haud rarò pro vero falsum, pro vita utriusque habebimus necem. Suntq; nonnullis Cujacii frequentiores illæ textuum correctiones, cum suis codicibus suspectissimæ, nec fortasse immeritò. Distinguunt alii, & quidem communiter, inter Vasallum militantem, & non militantem; ut ille habeat tempus anni & mensis, hic tempus anni & diei. Fundamentum distinctionis ponunt in *d. c. 1.* quo tempore miles, in quo non simpliciter Vasalli, sed quasi cum restrictione, militis fit mentio: Mynsing. *cent. 5. observ. 9. n. 1.* Sed & fundamentum ruinosum, & tota distinctio nulla est. Etenim si militem *in d. c.* pro Vasallo ipso actu militante acceperis, idem ut reliquis in capitibus, quorum maxima copia, ubi militis mentio fit, ut facias, eadem requiret ratio. Quod uti nonnullis generaliter aptum, ita in aliis specialiter ineptum erit. Nec dubius, sed certus sum, *in t. 26. §. moribus 2. F. & tit. 23.* ejusdem libri primi, quibus caput illud, quod pro fundamento habet, intermediũ est, militẽ de Vasallo ipso actu militante, sed extra belli periculum posito loqui. Miles nimirùm in feudali jure alius non est, quàm is, qui alio nomine fidelis, Vasallus, cliens &c. dicitur, sive in expeditione sit, sive minùs. Hoc præter infinita loca, & nostri capituli §. Si quis, & sequens comprobat. Ut planè credibile non sit, alium militem in rubrica & principio, alium verò sequentes nominare paragraphos. Et quid opus Vasallo militanti diem in mensem convertere? Ut, inquis, qui justâ absentiâ munitus, præcipuum quid habeat, præ præsente, cujus in non petenda investitura intra annũ & diẽ culpa maxima. Nihil sanè eo proficis. Cum enim justam hanc Vasalli absentiã

agnoscas,

agnoſcens, etiam ultra menſem jus ſuum, ex noſtri capituli diſpoſitione,
12. ſalvum habebit. Enervat præterea hanc diſtinctionem alterum illud capitulum Friderici 2. *Feud. 55. in f. pr.* quod de quolibet infeudato majore annis quatuordecim loquitur, generaliter, nulla diſtinctionis nota, ſi-
13. ve is actu militet, ſive non. Unde itidem reſponderi illis poteſt, qui ferè cum prioribus coincidunt, diſtinguendo inter Vaſallum militem, & Vaſallum paganum. Cum enim Fridericus de quolibet infeudato generaliter loquatur, ad ſpeciem certam non licebit Imperatoris mentem
14. reſtringere. Nec abſurdus fuero, ſi milites indiſtinctè quoslibet Vaſallos dixero. Licet enim horum nonnulli pagani ſint, nec ad bellica ſervitia Seniori adſtricti, reſpectu tamen eorum, quibus opponuntur, quales illi, qui Vaſalli non ſunt, milites rectè dici poterunt, quod ſeniori utplurimum militare teneantur; id eſt, officia certa exhibere. Ita etiam ab Imperatoribus poſtremo tempore, ii, qui in pace & otio procuratione aliqua Reipubl. fungerentur milites dicti *d. l. 3. l. 9. C. de numerariis lib. 12. l. 12. §. 1. C. de cohort. eod. lib. Rubric. t. 9. ejuſdem lib. de proximis ſacror. ſcriniorum, cæteriſque, qui in ſacris ſcriniis militant.* Hermannus Vultejus
15. *lib. 11. de feud. cap. 7. num. 61.* Veriſimile, *ſcribit*, ut maximè annus & dies jure definitus eſſet, tempus tamen illud non tàm ſtrictè in judiciis, ſi fortè caſus incidiſſet, obſervatum [illegible] Sed ſi Vaſallus poſt lapſum anni & diei veniſſet intra ſpacium dierum viginti novem, moram adhibitam celeri quadam ſatisfactione pro purgata habitam fuiſſe. Quod ut credam, valdè me movet particula ultra, *in d. c. 1. quo temp. mil. poſita*, quaſi dicat textus, etiamſi feudi renovatio intra ſpatium anni & diei de jure ſit petenda, tamen ſi Vaſallus tempus illud labi paſſus ſit, nec renovationem petierit, providebit, ne ultra annum & menſem eam rem differat, quo etiam menſe elapſo, in judicio ex benignitate nihil ampliùs ei debeatur, ſed propter moram intra ſpacium dierum viginti novem non purgatam, feudo ſuo judiciali ſententia & determinatione cadat, niſi fortè juſtam aliquam cauſam habeat, quò minùs petierit. Ita in anno & die eſt rigor, in anno & menſe eſt æquitas: annus & dies eſt juris, annus & menſis eſt uſus: annus & dies eſt inveſtituræ & feudi petendi:
16. annus & menſis eſt feudi amittendi. Verùm nec hæc quoque Vulteji opinio ſubſiſtere poterit, ſi conſideravetimus in his, in quibus dies & pœna ſimul eſt in obligatione, in iis moræ purgationem non admitti: *arg. l. 12. C. de contrah. & committenda ſtipulat. l. 23. in pr. ff. de recept. arbitr. l. trajectitiæ 23. ff. de O. & A.* Arumæus *de mora c. ult. num. 8.* In feudi autem renovatione tempus anni & diei præſtituitur Vaſallo, ſub pœna

amiſſionis

amiſſionis *d. c. un. in fin. pr. de prohib. feudi alien. per Fridericum.* Placet mihi, diverſas Imperatorum haſce Conſtitutiones agnoſcere ſibi planè contrarias, ut litera ipſa docet. Nec ulla relligio, aut rationis momentum 17.
vetant, quò minùs hoc mihi liceat ſtatuere. Illud in confeſſo eſt, jus feudale rhapſodiam dici, & centones variarum conſtitutionum Imperialium, uti & conſuetudinum & reſponſorum, cui nullus Imperatorum auctoritatem, aut diligentiam ſuam adhibuit, aut præliminari elogio hoc firmavit, nihil neq; contrarium, neq; idem, neq, ſimile in eodem reperiri, quod digeſtis & Codici datum fuiſſe novimus. *d. c. unic.* quo tempore miles videtur eſſe pars quædam conſtitutionum feudalium Lotharii 18.
Imperatoris, quas ante januam beati Petri, in civitate Romana, condidit, quæ *tit. 19. lib. 1.* incipiunt. Sanè vox *ſancimus*, & verba, *ad noſtram præſentiam*, quæ *d. c. unico* proſtant, Imperatoris alicujus conſtitutionem hanc eſſe arguunt. Alterum verò *c. de prohibita feudi alienatione* Friderici Imp. eſt, qui tempore Lothario poſterior. Illud certum, Lothario ipſi quandoq; annum & diem petendæ inveſtituræ legitimum fuiſſe viſum *t. 52. F. 2. §. ult.* De prorogatione hujus termini quærunt, An utri- 19.
uſq; demum conſenſu fieri poſſit, hoc eſt vaſalli & domini, an domini tantum. Schraderus *part. 6. feudor. c. 2. n. 81.* utriuſq; requirit conſenſum; quem ſequitur Vultejus *d. l. n. 65.* Quod ſi aliis in feudis, quæ minora ſunt, admiſerimus, contrarium tamen in feudis majoribus, quæ Fahnenlehen appellare conſuevimus, in Imperio introductum, modò laudata conſtitutio evincit. Solet autem ad domum Domini plerumq; inveſtitura pe- 20.
ti atq; fidelitas offerri, niſi cum pactione aliud, vel privilegio cautum eſt. Cujac. *lib. 2. de feud. t. 4. ad finem.* Ejuſmodi privilegium Auſtriacæ eſt fa- 21.
miliæ, daß die Ertz-Hertzoge nicht ſchuldig ſein vmb entpfahung jhrer Lehen auſſerhalb deß Landes Oſterreich nachzureiſen / ſondern ſie ſollen jhnen in derſelbigen Lande geliehen werden / vnd ſo jhnen das verſaget würde / ſollen ſie daß dreymahl Schrifftlichen erſuchen vnd erforderen / vnnd mögens demnach ohn alle furcht der Seligkeit beſitzen / als hetten ſie es Leiblich empfangen. Arniſæus *de jure majeſt. lib. 1. c. 5. n. 19. p. 149.* De Re- 22.
ge Bohemiæ ſupra retulimus, eum inveſtituram & regalia ſua ſuſcipere non teneri, niſi in metis vel finibus Regni ſui, aut finitimis locis, decem vel quindecim miliaribus Alemanicis à Regno ſuo & dominiis ſuis diſtantibus. Olim frequentiùs inveſtituræ in curiis ſolennibus Imperii fi- 23.
eri conſueverunt *c. 29. A. B.* at hodiè ſi inveſtituras nonnullas novorum feudorum exceperis, eæ utplurimum in aula fiunt Imperatoria. Atq; ſi 24.
majora ſint Ducatuum, aut Principatuum, Imperator ipſemet peragenda peragit; ſi verò Comitatus, Conſiliarii Imperii, Reichshoff-Rähte inve-

stituram conficiunt. De communi feudorum jure Senior per Procuratorem, nullâ feudi distinctione observatâ investituram facere, & juramentum recipere potest, *c. un. per quos fiat investitura. 2. F. 3.* Schraderus *de feud. part. 5. c. 3. n. 10. & seq.* At nostrâ observantiâ hoc fallere in investituris Ducatuum & Principatuum, scribit Watemund. ab Ehrenberg. *lib. 2. meditam. pro fœderibus c. 1. n. 164. p. 111.* hancq; exceptionem nullum ex interpretibus notasse. Verùm an hæc exceptio, hisce tantùm inclusa cancel-
25. lis, alicujus ponderis sit, haud immeritò dubitaveris. Vtut enim majorum istorum feudorum collationem Imperatores sibi reservatam habeant privativè, respectu vicariorum Imperii, eamq; in Imperio, si constituti ipsi peragant, attamen paulò superiùs allegatâ Constitutio Caroli V. Von Römischer Königlicher Mayestet Regiment. §. Und sollen wir reliquidò evincit, Imperatorem extra Imperii fines longiùs, ac fortassis ultra biennium commorantem, etiam horum investituram Imperii Prin-
26. cipibus, per Procuratorem posse conferre. Ex parte eorum, qui investiri desiderant, eadem juris feudalis decisio *d. c. un.* Procuratorem quoq; admittit. Cujus exceptionem alii ponunt, nisi dominus ex justa & probabili causa præsentem esse velit Vasallum: Rosenthal. *de feud. c. 16. conclus. 37. n. 5. lit. q.* aut consuetudo præsentiam Vasalli requirat. In Gallia, & præsertim consuetudine Parisiensi, Procuratorem non admitti, nisi justa causa impediat præsentiam Vasalli, aut Dominus consentiat, testis est Molinæ: *in consuet. Parisiensi. tit. 1. §. 49. n. 1. & seqq.* & Philippus Archidux Austriæ præsens coactus fuit fidelitatem jurare in manus Cancellarii An. 1499. Atrebati, ratione Flandriæ &c. Autor. Gall. *in libell. continente ritum investitura totius.* Id quod consuetudine Veromanduorum, Bodin. *lib. 1. c. 9.* & in aula Electoris Saxoniæ itidem requiri indicat Pistor. *quæst. 47. n. 59. lib. 2.* Primi ex Normannis Calabriæ & Apuliæ Duces Pontificibus semper præsentes hommagium fecerunt, Robertus Nicolao II. Platina *in Nic. II.* & Greg. VII. *lib. 3. Ep. decret. Gregor.* Rogerius Vrbano II. Gothofr. Malater. *in Chron.* Guilielmus Paschali II. Idem fecit Innocentio IV. Manfredus nomine sui pupilli; Blond. *in hist. Ital.* & Carolus Andegavensis Clementi
27. IV. Collenut. *in hist. Neapol. lib. 4.* Arnisæus *d. lib. 1. c. 5. p. 151.* Nostros quod attinet mores, videtur hîc distinctioni locus esse, inter renovationem feudi antiqui, & investiturã feudi novi. Illo casu Procurator admittitur. Hoc,
28. si feudum sit Electorale (nam de aliis adhuc hæreo) persona Vasalli propria videtur requiri. Exemplum est investitura Mauricii Saxonis, & nupera Maximiliani Bavarici. Illam ita descripsit Sleidanus *de statu religion. & reip. lib. 20 p. mihi 352.* In foro, *inquit*, tabernaculum erat extructum è materia, patulum, in quo per gradus ascendebatur. Eò Cæsar à meridie venit

sub

ſub horam tertiam, comitatus Electoribus. Poſt illinc in vicinam domum tranſit, & veſtem ſolennem induit, tum ipſe, tum Electores. Inde rurſus prodit, & in ſolio conſidet: idem illi faciunt, ſuo quiſq; loco. A tergo, ſupra Cæſarem erant quodam in pegmate collocati tubicines. Ibi primum agmen Mauricii procedit, & incitatis equis tabernaculum petit, uti fieri conſuevit. Interim Mauricius cum altero agmine conſiſtit è regione, comitatus turbâ procerum, & proximè ante ipſum erant tubicines duodecim. Mox prodeunt ex illa caterva Henricus Brunſvicenſis, Wolffgangus, Electoris Palatini frater, Albertus Bavarus: & ubi curſu perveniſſent ad locum, deſcendunt ex equis, & Cæſarem adeunt, ac demiſsè rogant, ut Mauricio publicum Imperii beneficium & inſignia Principatus conferat. Cæſar cùm Electoribus re communicata, per Moguntinum reſpondet, Placere ſibi, modò ille veniat ipſe, & idem petat. Eo accepto reſponſo, Mauricius cum toto agmine procurrit. Præferebantur ei vexilla decem, cum totidem inſignibus regionum, pro quibus inaugurationem petebat. Vbi conſcendiſſet, in genua ſubſidet ante Cæſarem, & idem rogat. Miſſus erat ab Auguſto fratre Comes Mansfeldius Hoierus, qui flagitaret idem: Itaq; Cæſar per Moguntinum reſpondet: Quoniam uterq; fidelem operam ſibi navarint, velle ſe Mauricio, ejuſq; liberis maſculis, aut ſi nulli ſint, Auguſto fratri, ejuſq; liberis Electoratum Saxoniæ, & *Joannis Friderici poſſeſſiones* omnes conferre, niſi quantum illius liberis *jam ante ſit* conceſſum. Moguntinus deinde jusjurandum, quo tenentur *Electores*, recitat, & ubi Mauricius, illo præeunte verbis, juraſſet, Cæſar enſem ei tradidit, & hâc ceremoniâ velut in poſſeſſionem mittit. Ille gratias agit, & omnem fidem, obſequentiamq; pollicetur. Poſt illa, quæ diximus, vexilla, cum ea Mauricius accepiſſet â Cæſare, dejiciuntur
in promiſcuam multitudinem, uti fieri ſolet. Ex quibus & hæc notanda 29.
differentia, haſce inveſtituras publicè, aliàs privatim in Camera aliqua Imperialis Palatii confici. Quo tamen ipſo nihil dignitati ſuæ Electores decedere arbitrantur, licet alii privatam inveſtituram auctoritati ſuæ
magis, ac publicam æſtimaverint convenientem. Otthocarus, cum Ru- 30.
dolpho Habſpurgenſi juramentum fidelitatis flexis genibus in tentorio præſtare occepiſſet, Imperator autem veteratoriè paſſus eſſet parietem delabi, ut ab omnibus conſpiceretur, promiſſis ſtare indignabundus recuſavit. * Cumq; Rex Polonus Stephanum Walachiæ Præſidē eâdem fraude, diſciſſo tentorio, ut ab omnib⁹ ſpectaretur, uſus fuiſſet, ipſe â fide

* *Factum hoc memoratur in inſula Danubii Camberga, ubi Cæſaris tentorium poſitum, ita concinnatum, ut adducto quodam funiculo quatuor ejus latera conciderent. Gerardus de Roo* lib. 1. hiſtor. Auſtr. p. 27.

31. data defecit, ignominiam pro virili ulturus: Arnisæus *d.l.p.154.* Communiter investituram DUPLICEM constituunt, *arg.c.un.quid sit investitur.lib.2.F.tit.2.* unam PROPRIAM, cum Senior Vasallum in ipsam feudi possessionem inducit; alteram ABUSIVAM, cum Dominus non tradit reipsa feudi possessionem, sed dato aliquo signo corporeo, eoq; investituram se facere dicente, ejus nanciscendi potestatem Vasallo concedit, aut possessionem, quam jam tunc nactus, confirmat. Hujus generis symbola olim fuerunt varia. Liber Gallicus non ita nov° Antonii de la Salle la Sallade, hęc habet: *le Duc est investi par l' imposition d' un chapeau d' orducat, ornè de perles: le Marquis avec un anneau de Ruby: le Comte avec un anneau de diamant: le vicomte avec une verge d' or, le Baron avec un drappeau guarre, & le banneret avec un drappeau en escusson:* * Charles Loyseau *des Seigneurs chap.5.p.110.n. 46.* Dux investitur coronâ aureâ ducati (von Ducaten Goldt/) ornatâ unionibus: Marchio annulo, cui carbunculus junctus: Comes annulo, cui adamas: Vicecomes baculo aureo, Baro vexillo quadrato, & Banneretus vexillo ad formam
32. scuti.** Apud nostrates notabiliora investituræ symbola numerãtur, sceptrum & vexillum. Illud in Ecclesiasticis, hoc in secularibus Principibus. Ita speculum Saxonicum *lib.3.artic.60.* der Kayser soll leihen allen Geistlichen Fürsten jhr Recht mit dem Scepter / vnd allen Weltlichen Fürsten mit den Fahnen. *** Alii gladium addunt, quo regna, aut provincias per vexillum, **** tradita scribit Otto Frisingensis *de rebus gestis Frideirci lib.2.c.5.* Et firmat Güntherus *lib.1. Austriad:*

Ergò ubi vexillo partem, quam diximus, ille,
Hic autem gladio Regnum suscepit ab isto:
Hunc etenim longo servatum tempore morem,
Curia nostra tenet.

Baldus tamen *in d. c. un. quid sit investit.* eumq; ibidem secutus Alvarotus *n.2.* scribit, in magnis feudis, id est, Regnis, Ducatibus, Marchionatibus & Comitatibus, investituram fieri per ensem. Atque ita est, ut li-

* *De hasta symbolo investituræ, & aliis, vide Tholosan.* Syntagm. jur. lib. 6.c.14.n.7.& seqq.

** *Accursius notat baculum seu stipitem paleæ datum à contrahentibus pro investitura, suo tempore, in Marchia ut in Lombardia bibere, & alibi per pallium investituram fieri: Accurs.* in §. 1. ff. de Verb. Oblig.

*** *Rudolphus Habspurgensis* hat bey ermangelung deß Scepters/ Geistlichen vnd Weltlichen Fürsten die Lehen ertheilet durch anrühren eins Crucifix. *Ecce signum, in quo nos, & totus mundus est redemptus, & hoc signo utamur loco sceptri.* Lehemann in Speirisch. Chron. lib. 5. Cap. 104. pag. 24.

**** *Vexillum rubrum, seu sanguineum,* die BlutFahnen / *significat Regalia.*

cet

cet majora ista feuda à vexillis prædictis nomen acceperint der Fahnlehen/idemque huc usque obtineant, attamen eum investiendi morem, si publica non sit investitura, haud observari videamus. Præsertim verò si per legatos Principes feudorum investituras suscipiunt, solet Imperator gladium porrigere, cujus capulo prehenso, extremum ejus conum osculantur. Verùm ut, animi quid mihi sit, promam, longam inter traditionem 33.
vexillorum, & hoc osculum differentiam constituo. Illa enim publicis in investituris, quibus adhibentur, regionum insignia exprimunt, atq; ita iisdem traditis, res designatæ traditæ dicuntur, quod in emolumentum Vasalli fit. Osculum verò hoc gladii porrecti Vasalli onus denotat, quod hoc ipso jurisdictionem senioris, quam gladius exprimit, reverenter agnoscere velit. Poterit tamen & aliam quoq; in finem gladius Vasallo dari, ut Mauricio Saxoni datum superius ex Sleidano retulimus, videlicet in signum officii, vel ut eodẽ palam fiat, eum de mero Imperio quoq; in ditiones usurpando, investitum fuisse. Investiturarum formulæ ferè tales sunt, ut investitos arguant mit dem Herzogthumb / Landtgraffschafft 34.
vnnd Marggraffsch. item Pfaltzgraffschafft/vnd ander Fürstenthumben/ Landen/ Leuten/ Lehen/ Lehenschafften/ Emptern/ Städten/ Stücken vnd Güttern/ Zollen/ Glaiten/ Schulden/ Renten/ Zinsen/ Nutzungen/ Gerichten/ Obrist vnd Nidrist / Bergwercken/ Saltzwercken/ Wildtbahnen/ sambt allen andern dergleichen Landts Fürstlichen Hoheiten / Regalien / Herligkeiten vnd Gerechtigkeitten/ oder gemeiniglich mit allen vnd jeden Fürstlichen Regalien / Herligkeiten / Obrigkeiten/ Ehr/ Würden vnnd Freyheiten / Gerechtigkeit / Gewohnheiten vnd Eingehörungen/ benandt vnnd vnbenandt/ allermassen / wie es dero Vatter vnnd Vorfahren besessen vnd innen gehabt/ Knichen. *de Saxon. non provoc. jure verb. Ducum c. 4. n. 61.* Tandem ut sciamus, quid olim, quando solemnibus in Curiis 35.
Principes ab Imperatore, vel Rege Romanorum feuda receperunt, in usu fuerit, & quæ differentia inter Electores, reliquosq; Principes observata, Caput. 29. Aureæ Bulæ Caroli IV. huc adnotandum est, quod ita se habet: *Decernimus hoc Imperiali Edicto, ut Principes Electores Ecclesiastici & Seculares, dum feuda sua, sive Regalia ab Imperatore, vel Rege recipiunt, ad dandum vel faciendum aliquid nulli penitus sint adstricti. Nam pecunia, quæ tali prætextu persolvitur, officiatis debetur. Cum ergo ipsi Principes Electores cunctis Imperialis Curiæ præsint officiis, suos etiam habentes in hujusmodi officiis substitutos, datos ad hoc à Romanis Principibus, & dotatos, videtur absurdum, quod substituti officiales à suis superioribus quocumq; quæsito colore externa postularent: nisi fortè ipsi Principes Electores sponte & liberaliter his aliquid largientur.*

Investiturarum formulæ non sunt uniusmodi.

Porrò cæteri Princeps Imperii, Ecclesiastici vel Seculares, dum prædicto modo eorum aliquis feuda sua ab Imperatore Rom. suscipit, vel à Rege, dabit Officialibus Imperialibus sive Regalis Curiæ sexaginta marcas argenti, cum uno fertone: nisi eorum aliquis Privilegio seu indulto Imperiali vel Regali tueri se posset, & probare se solutum, vel exemptum a talibus, aut etiam aliis quibuscunque, quæ solvi in susceptione feudorum hujusmodi consuevissent. Prædictarum insuper sexaginta trium marcarum & fertonis divisionem faciet Magister Curiæ Imperialis, sive Regalis hoc modo. Primo enim decem marcas pro semetipso reservans, dabit Cancellario Imperialis, sive Regalis Curiæ decem marcas; Magistris, Notariis, Dictatoribus tres marcas, & sigillatori pro cera & pergameno unum fertonem: Ita videlicet, quod Cancellarius & Notarij Principi recipienti feudum non ad aliud, quam ad dandum sibi testimonium recepti feudi seu simplicis investituræ literam, sint adstricti.

Ferto ein Vierding oder Fierlung/ *Farto dictus*, in c. 2. de sent. & re jud. in 6. *est quadrans marcæ, Marquard. Freher.* de re monetar. lib. 2. c. 2. pag. 41.

Item dabit Magister Curiæ Pincernæ de Limpurg de præfata pecunia decem marcas, Magistro coquinæ de Nortenberg decem marcas, Vice Mareschallo de Pappenheim decem marcas, & Camerario de Falckenstein decem marcas: tali tamen conditione, si ipsi eorum quilibet in hujusmodi Curiis solennibus præsentialiter adsunt in suis officiis ministrando. Si verò ipsi vel aliqui eorum absentes fuerint, ex tunc officii Imperialis, sive Regalis Curiæ, qui talibus præsunt officiis, eorum quorum supplent absentiam, singuli singulorum, sicut vicem nomenque & laborem sufferunt, sic lucrum & commoda reportabunt.

Dum autem Princeps aliquis equo vel alteri bestiæ insidens feuda sua ab Imperatore vel Rege recipit, equus ille seu bestia, cujuscunque speciei sit, debetur superiori Mareschallo, id est, Duci Saxoni, si præsens fuerit: alioquin illi de Pappenheim, ejus Vice Mareschallo: aut illo absente, Imperialis sive Regalis Curiæ Mareschallo.

6. I. Jurant Imperatori & Imperio fidelitatem. Tenor juramenti talis refertur à Waremundo ab Ehrenberg. *meditam. pro fœder. lib. 2. c. 1. num. 61. pag. 108.* Wir hernachbenandte N. N. als vollmächtige Gewalthaber deß Durchleuchtigsten / Hochgebornen unsers gnädigen Herren / geloben unnd schweren in Krafft deß schrifftlichen Gewalts / den wir zur Cantzley ubergeben/ auff das Heilige Evangelium / das wir hier leiblich berühren / und in die Seele Hochgedachtes / das J. F. G. von der Lehen wegen / die J. F. G. jetzo verlichen und gereicht werden / nun hinfort von dieser Stund an sich dem Allerdurchleuchtigsten / Großmächtigen unnd Unuberwündlichen Fürsten und Herrn/ Herrn Rudolphen dem Andern Römischen Keysern und König/ und dem Reich/ trewe/ holdt/ gehorsamb und

vnd gewertig / auch nimmermehr wissentlich in dem Raht sein soll noch will / da ichtes wider Ewer Kayserlichen Mayestat Person / Ehr / Würde vnd Standt gehandelt oder fürgenommen wird / noch darein willigen oder befehlen / in einigen Weg / sondern Kayserl. Mayest. vnd deß Reichs Ehr / Nutz vnnd Frommen betrachten vnd befördern / nach allen jhren Vermögen / vnd ob J. Fürstl. Gn. jrgendes verstünden / daß etwas fürgenommen oder gehandelt würde wider Ew. Kays. Mayt. Person / oder das Heilige Reich / demselben wollen J. Fürstl. Gn. getrewlich vorsein / vnd Ew. Kays. Mayt. dessen vnverzüglich warnen / vnnd sonsten alles das thun / das sich einem getrewen Fürsten gegen Ew. Käyserl. Mayt. vnd dem Heiligen Reich gebühret / von Recht vnnd Gewonheit wegen / ohn arge List vnd Gefehrde / als J. Fürstl. Gn. Gott helffe / vnd das Heilige Evangelium.

Juramenti fidelitatis TRES fuisse FORMULAS, ait Sigonius *lib. 7.* 37.
de Regno Italiæ p. mihi 176. UNAM brevem, qua Carolus Magnus est usus: *Promitto, me Domino meo Carolo, & filiis ejus fidelem futurum in tota vita, sine fraude, doloque malo.* ALTERA aliquanto uberior: *Iuro ad hæc sancta Dei Evangelia, me imposterum fidelem ei futurum, ut Vasallum Domino, nec id, quod mihi sub nomine fidelitatis commiserit, enunciaturum in ejus detrimentum scienter. Et si de familia, aut jurisdictione* ejus erat, addebat: *Et vitam, membrum, mentem, & ejus rectum honorem servaturum.* TERTIA omnium latissima fuit: *Ego juro super hæc sancta Dei Evangelia, me imposterum, dum vivam, fidelem futurum tibi N. Domino meo contra omnes homines, excepto Imperatore, aut Rege, id est: Iuro, me nunquam scientem auctorem futurum, aut operam daturum, ut amittas vitam, membrum aliquod, aut læsionem aliquam corporis accipias, aut injuriam, aut contumeliam, aut honorem aliquem amittas quum nunc habes, vel imposterum habebis. Et si scivero, aut audivero, aliquem hæc adversus te moliri, pro viribus impedimentum afferam. Sin minus, tibi primo quoque tempore nunciabo, & contra eum, quoad potero, tibi auxilium præstabo. Et si quid ex iis, quæ habes, aut habebis injustè, aut fortuito amittes, ad ea recuperanda, & in perpetuum conservanda opem feram. Et si cognovero, velle te aliquem justè offendere, si requisitus fuero, meum tibi subsidium, ut debeo, præstabo. Et si quid mihi secretò communicaveris, id injussu tuo non enunciabo, neque ut enuncietur operam dabo. Et si consilium à me petieris, id quod magis expedire tibi visum fuerit, dabo, neq; sciens aliquid unquam agam, quod pertineat ad tuam, aut tuorum injuriam, aut contumeliam.* Horum secundum & tertium, si nō omninò verbis, sensu tamen gemino inter feudales reperiūtur sanctiones *c. un. qualiter jurare debeat Vasallus. lib. 2. F. t. 5. c. unic. de nova forma fidelit. l. 2. F. tit. 7.* scil. cū feuda uniusmodi nō sint omnia, nec obligationes

ubique

ubique uniformes, haud mirum, si fidelitatis juramentum nec ubique
38. æquale. Cœterum præstationem juramenti multa comitantur solemnia, pro diversitate & feudorum & locorum diversa. In privato Imperatoris conclavi si præstetur, præsertim per Procuratores, tacto libro novi testamenti, & addito osculo gladii porrecta peragitur. Waremund. ab Ehrenb. *d. l.* Idem Evangeliorum tactus apud Neapolitanos in usu fuit, ut ex descriptione patet investituræ sequentis, quam ex Pontani
39. *lib. 2. de reb. gest. Ferdin.* Arnisæus *d. l. p. 148.* & Camerarius *cent. 1. operar. subcisivar. c. 6. p. 56.* retulit. *Sedet Rex medius, regia sella editiore loco constituta. Assident juxta eum optimates ordinis ac proceres, stant inde purpuratorum frequentes ordines, loco quisque suo. Regis ad pedes genibus innitens à dextra procumbit parte Epistolarum Magister, qui nunc Secretarius dicitur, sinistrâ Antistes, Evangeliorum libros regio in sinu stratos tenens. Horum medius genibus & ille procumbit innisus, qui in verba jurat, utraque manu libris apertis imposita: Magister Epistolarum verba prait, quæ juraturus in verba sequitur. Igitur postquam Ursus regios ad pedes provolutus palmam in Codice utramque expansam statuet, tum Magister praire verba cœpit, Ursusq; ea est secutus. Ursus ego Ursinus Nolæ & Atripaldi Comes. Asculi, Lauri & Turini Dominus &c. Peracto juramento manus è libris sustulit. Tum Rex Ursi manus utriusq; digitis pollicibus apprehensis,* suosq; intra pollices iis insertis, devinxit illos suis, statuitq; super Evangelia. His rursus Ursus, Magistro praeunte verba: Ego me, inquit, cum liberis successoribusq; meis Ferdinandi Regis mei, Domini mei, liberorum ac successorum ejus Ligium hominem statuo, dedicoque, eumque me hîc sisto. His ter dictis, regios osculatus est pollices. Rexq; ore suo illius os excepit, moxque comiter appellatum dimisit. Hic est usitatus jurandi mos in verba Regum Neapolitanorum; quique Ligios illorum se faciunt, ipsum*
40. *hunc servant. Dicti inde Ligii, quod ligatis Reges pollicibus, illos fidei, imperiisque sic suis vinciant, atque obnoxios statuant.* ** Hactenus Pontanus: quem sequitur quoad Ligii explicationem Cœlius Rhodiginus *lib. 25.*
41. *antiq. lection. cap. 19. pag. 971.* Renatus Cheppinus *de domanio Franciæ lib. 3. tit. 12. n. 18. pag. 540. & seq.* quem hic & alii ligium, ipse græcâ voce homologum ***vocat Vasallū, & quantum à non ligio discrepet, brevibus innuit. *Sacramento clientis homologi, ait, nullus excipitur, sacramento non homologi excipitur Imperator, Rex, vel Dominus antiquior, in tit. de*

* *Pollicem premens, favorem innuit, vertens denegare creditur: Politianus* cap. 24. miscellan.

** *De feudo ligio est textus* 2. Feud. 99. *Agit de eodem feudo Tuschus* pract. conclus. lit. F. conclus. 149. *Tholosan.* syntagm. lib. 6. c. 2. n. 22. & seqq.

*** *Homologia, Gallicè homage, denotat fidelitatis juramentum, seu professionem ejus quod homo ligius suo patrono, seu domino exhibere debet. Knichen.* part. 2. de pact. vestitur. c. 5. n. 77. *ubi in sequentibus ubertim de feudo, & Vasallo agit ligio, quem omninò vide.*

auxilio

auxilio Vasalli in feud. Clementin. pastoralis de re judicat. Speculat. in § quoniam. versic. decimo quaritur. tit. de feud. Hinc Arctur⁹ Dux Britanniæ se fecisse fatetur Charissimo Domino suo Philippo Regi Franciæ illustri hommagium ligium contra omnes, qui possunt vivere, vel mori de feudo Britanniæ. Et Johannes Comes Britanniæ notum voluit universis, quod domino suo Ludovico Regi Francorum, tanquam domino suo ligio,* promiserat, nullo unquam scil. tempore guerram ei facturum, nec hæredibus, nec per se, nec per alium, nec alicui inimicorum ejus adhæsiturum, qui guerram cum ipso habiturus, vel cum hæredibus ejus, vel in treuga sit erga ipsum vel hæredes ipsius. Choppinus *d. l. p. 541.* Vtplurimum autem fidelitatis juramentum â Vasallo præstatur in genua procumbente, capite nudato, & quandoq; inermi. Nec enim hæc ubiq; observata videas. Philippus Archidux Austriæ, cum Gallorum Regi juraret fidelitatem Atrebati Anno 1499. Cancellarium, qui nomine Regio præsens erat, humiliter salutabat, ipse ne resalutabat quidem, & ut Gallico ex Authore refert Arnisæus. *d. p. 148. Mit seulement la main â son Chapeau, sans autrement iceluy oster. Puis s' estant assis, tout couvert de bonnet & chapeau, luy demanda, s' il avoit ceinture, dague, ou autre baston. Lequel monsieur l' Archiduc en levant sa robbe, qui estoit sans ceinture, dit, que non. Alors monsieur le Chancelier luy mist les deux mains entre les siennes & icelles ainsi tenant, mon dit sieur l' Archiduc se veut incliner, monstrant apparence, de se vouloir mettre â genoux, ce que mon dit S. le Chancelier, ne voulut souffrir, ains en le souslevant par le deux mains, luy dit ces mots: Il suffit de vostre bon vouloir. hoc est.* Tantum manum admovit pileo, nec eum capiti subtraxit. Posteaquam consedisset, capite velato & pileo tecto ipsum interrogavit, cingulum, gladium aut baculum haberet, Archidux veste explicata, quæ sine cinctura, negavit. Tunc Cancellarius utramq; ejus manum tenens, Dominus Archidux se voluit inclinare, commonstrans, in genua se sessum iturum, id quod dictus Cancellarius noluit ei permittere, sed eundem sublevando utraq, manu, dixit, prompta vestra voluntas sufficit. Notabile est Comitis Sabaudiæ Petri factum. Hic cum apud Imperatorem Ottonem IV. (Peradinus, ut Camerarius annotavit *d. l. p. 58.* 43.
Rudolphum I. substituit) feudum petiturus, ante eum apparuit in duplici habitu. Latus enim dextrum ejus vestibus inauratis egregiè fuit ornatum, sinistrum verò armis lucidiss. ferreis munitum. Imperator, quid sibi hic distinctus & inusitatus mos vestiendi vellet, ab eo sciscitatur. Comes re-

42. (margin, beside "Vtplurimum autem")

* *In Gallia infinita feuda ligia, scribit Ioan Saison* in consuetud. Turonens. tit. 12. art. 1. ver. Comment l' on doit gl. 2. conclus. 23. vers. nunc quia.

spondet; Aurum se gestare in dextra parte ad honorandum Majestatem Imperatoriam: in sinistra verò se esse armatum, ut contra malevolos & obtrectatores ejus usq; ad extremum spiritum pugnaret. Eundem quoque cum Cancellarius Imperatoris moneret, literas feudales de nonnullis oppidis, quæ paulò antè primùm in bello acquisierat, monstraret, gladium evaginatum illi ostendens: Hæ, inquit, sunt literæ, quibus ista loca acquisivi.

44. III. Sunt præterea Imperii Status etiam in aliis, quàm ad jurisdictionem feudalem pertinentibus, Imperatori Imperioq; subditi. Neq; solùm feudi, sed & personæ nomine obligati. Rosenthal *de feud. c. 5. conclus. 13. & conclus. 78. n. 7.* Besold. *de appellat. c. 2. n. 20.* Quod, ut alia taceam, inde patet, cum Imperatorem in ipsum, Imperiumq; crimen læsæ Majestatis possint committere. Quæ nota est subditi, non verò Vasalli: *Clementina pastoralis vers. rursus non est silentio de sentent. & re judicat.* Ubi ex parte Roberti Siciliæ Regis ratio redditur, cur ob confœderationes, & conspirationes contra Henricum Imperatorem Romanum initas, criminis læsæ Majestatis haud possit accusari. Nimirum Robertum non eo fuisse Imperatori obligatum vinculo, quo rupto læsa Majestas dici potuerit: solum enim feudum ab Imperatore tenuisse, nec domicilium in Imperio, ut subditum, tenuisse. Clarus. § *læsæ Majestatis n. 6. & 7.* Decianus *tract. crimin. lib. 7. c. 8. n. 7.* Obligatio Vasalli Domino ejus in personam juris, quod tribuit, ratione feudi est, unde si Vasallus commissa felonia puniendus veniat, â Domino, quatenus tali, feudi revocatione vel ademptione castigatur. Knichen *de Saxon. non provoc. jure ver. Ducum c. 6. n. 31.* Hactenus enim Dominum superiorem agnoscit. Corpus verò vitamq; Spiritumq; salvum habet. Subditus arctiori nexu Magistratui adstrictus, unde pro qualitate delicti & corporis afflictionem, & ultimum sentit supplicium.

Knichen. part. 2. de pactis investitur. c. 5. n. 124. *Principes Germaniæ ait, devinctos Imperatori & Imperio ligia fide.*

45. IV. Coguntur vocati comparere, vel per se, vel legatos suos ad Comitia, propriis sumptibus: R. A. zu Trier vnd Cölln *de anno* 1512. §. Nach den Churfürsten vnnd Fürsten / nisi justam absentiæ possint prætendere causam; quorum etiam privilegium refero. Vocationem istam necessitatem comparendi secum trahere, verba olim usitata satis evincunt. In reformatione Friderici III. confecta Francofurdi ad Mœnum anno 1442. *in pr.* legimus, postquam Statuum facta mentio, die wir dann durch sie selbst / oder Ihr mächtige Sendtbotten / darumb insonderheit her zu vns zukommen gebetten vnd geheissen haben. Quæ uti ex Imperatoris parte Imperium & jurisdictionem innuunt: Arnisæus *de jure Majestat. lib. 2. c. 4. n. 16.* ita ex Statuum latere parendi necessitatem inferunt. Ac licet forte illa

hodiè

hodiè verborum mitior sit formula, effectus tamen idem manet, & imò superiorum preces haud rarò jussus. At inquies, quæ comparendi Stati- 46.
enim Carolus Hispaniarum Rex, postea Imperator, hujus nominis quintus, cum Ferdinando fratre divideret Principatus, Archiducatus Austriæ non Carolo primogenito, sed Ferdinando, unà cum finitimis regionibus cessit. Hujus rationem reddit Betsius *de pact. familiar. illustr. cap.* 10. *pag.* 414. Ejusdem qualitatis est successio Duca- 115
tus Braunsvicensium, ut innuit transactio Henrici junioris & Wilhelmi fratris, Anno Christi 1535. 16. Novembr. facta, quæ extat in der Abtheilung deß andern Haupttheils deß Fürstlichen Historischen Berichts / von der Landt- vnnd Erbstatt Braunschweig / *pag.* 1487.
Longo quidem antehac tempore jus primogenituræ hac in familia 116
introductum novi, at illud quoque clam me non est, variatum posteà, ita ut novo hoc fulcro opus fuerit omninò. Anno etenim 1374. Fridericus, Bernhardus, Henricus & Otto fratres ab una, & ordo equestris, ac Civitates Ducatus Brunsvicensis ab altera parte, transactionem & conventionem inierunt de gubernatione & possessione Ducatus in solum primogenitum transferenda, cujus vigore Anno 1388. tres prænominati fratres Friderico primogenito totum Ducatum resignarunt, & se administratione ejusdem abdicarunt. Eo tamen in Regem Romanorum electo, & in reditu, ex loco Comitiorum, Imperiali nempè urbe Francofurto, Nonis Julii Anno 1400. in prælio ad Frislariam confosso, Bernhardus & Henricus fratres simul, neglectâ & abolitâ ante memoratâ transactione administrationem Ducatus susceperunt, & pari potestate ad vitæ usque finem, juri à majoribus suis accepto inhærentes, laudabiliter & cum summa subditorum suorum satisfactione ac benevolentia gessêre, idemque jus ad posteros suos transmiserunt, donec tandem Anno 1535. solemni statuto & transactione in Comitiis provincialibus, inter Duces Henricum & Wilhelmum fratres, & Ecclesiasticum atque Equestrem ordinem, ac Civitates ditioni Brunsuicensi subjectas, erecta, atque omnium tam Ducum, quàm ordinum subscriptionibus, juramentis & sigillis corroborata, postque exiguum temporis inter-

vallum in Comitiis Imperialibus, ab Imperatore Carolo V. qui tunc temporis rerum potiebatur, & iterùm à Rudolpho II. solemniter & scripto diplomate confirmata, jus primogenituræ iterùm in eam familiam invectum, & quatenus fieri potuit, stabilitum fuit; uti hæc colliguntur ex actis Mandati sine clausula, der Statt Huldigung betreffend/Braunschweig contra Braunschweig in ulterioribus & notoriis, ut inscribun-
117 tur, exceptionibus, pag. 85. Betsius *d. tr. c. 9. n. 522.* Prætexunt etiam jus primogenituræ, partitionisq; prohibitionem, qui nunc Juliacenses & Cliviæ Provincias possident Principes Illustrissimi. Postquam enim Anno 1496. occasione nuptiarum Mariæ Juliacensis & Johannis Clivensis, utrorumq; dominia ac Principatus, ex pacto Principum cum subditis, uniri cœperunt, Majoratus simul jus iis est illatum, utpote sine quo unio haut conservari, nec ad posteritatem poterat transmitti. Unde idipsum jus conjuges prædicti, eorumque filius Dux Wilhelmus, uterque successivè in suis Antenuptialibus dispositionibus inter liberos observarunt studiosè, successiones juxta illud formando, dirigendoque. Quamvis Auctor discursus (quèm ipse verè juridicum nominat) *de successione Iuliacensi, fol.* 18. Auctoribus hujus Unionis (Wilhelmo nimirum & Johanni, Juliæ & Cliviæ Ducibus, socero & Genero) nunquam in mentem venisse dicat, terras suas unire, & indivisibiles reddere, sed fœdus perpetuum & hæreditarium, pro se, suisque subditis inire, vel potiùs jamdudùm à Majoribus suis initum, semperque inviolabiliter custoditum renovare. Quod vix verosimile videtur Besoldo. *d. differt. nomico-*
118 *polit. 7. num. 7.* Ducatus præterea Würtembergicus ejusdem videtur qualitatis, nimirùm id comprobante tenore investituræ, daß die Herrschafft zu Würtemberg / zu ewigen Zeiten / von Erben zu Erben / von einem Hertzogen zu Würtemberg auff den andern / vnnd allwege auff den Eltisten Ehelichen Männlichen LeibsErben / vnnd nach eines Eltisten absterben / auff desselben Eltisten Sohn vnnd descendentem, vnnd also consequenter fallen sollen: vide Goldast. *in not.* zu dem Cadawischen Vertrag / in Reichssatzungen *pag.* 319. Idem in antiquis Würtembergensium pactionibus Uraci Anno 1473. & Minsingæ Anno 1480. erectis, atque à Friderico Imperatore An. 1484. & 1492. Regeque Maximiliano I. Anno 1495. confirmatis adnotatum reperitur. Johannes Jacob. Plebst. *disputat. de jure locali VVürtemberg. 3. thes. 33.* Hujus juris vigore Illustrissimus olim Princeps Heinricus, unà cum Würtembergico Ducatu, Mompelgardensem sibi servavit quoque Comitatum, Reichen-Weilerana ditione Georgio fratri attributâ, ac demùm Christophorus,
post

post obitum Vlrici parentis, Patruo integrum Mompelgardiæ Comitatum, & Præfecturæ Neoburgensis reditus satis amplos fruendos liberalissimè concessit. Andreas Osiander *in orat. funebri Dn. Friderici Ducis VVürtemberg. Illustriss. fol. 33.* In Ducatu Bavarico primogenitum quoq; solum succedere scribit Reinking. *d. tr. lib. 1. class. 4. c. 17. num. 26.* & ante 119.
eum Knichen *de Saxon. non prov. jure. verbo Ducum c. 3. n. 54.* Inter Landtgravios Hassiæ lineæ Darmstadensis Ludovicus anno 1626. mortuus, paulò ante obitum suũ, jus primogenituræ introduxisse fertur. Verùm enimverò, uti hæc primogeniti successio nonnihil respectu reliquorum fra- 120.
trum iniquitatis secum videtur trahere, Knichen *de Saxon. non provoc. jure, verbo Ducum, c. 3. n. 11. & seq.* ita etiam contra commune jus Longobardicum (aliud de jure Francorum) est, quod filios æqualiter ad successionem feudalem vocat, *c. un. in pr. de succ. feudi. 1. F. 8.* Nec obstat *c. un. de prohibita feudi alienatione per Fridericum. §. præterea ducatus. 2. F. 55.* ubi cum expresse statutum sit, Ducatum, Marchionatum, Comitatum de cætero non dividendum, nonnulli in illis jus primogenituræ etiam Longobardorum jure inductum arbitrati sunt. Nam consequentia mihi non fit necessaria, hoc inter liberos, vel heredes dividendum non est, ergò præcisè primogenito vel uni soli cedit. Poterit enim ab omnibus simul, pro indiviso teneri, *2. F. 26. § omnes filij.* Hinc in quæstionem trahitur, Quomodo evenire possit, ut primogenitus solus ejusmodi in feudis succedat, secundum jus Francorum? de quo consulendus Betsius *d. tr. c. 9. p. 500. & multis subsequentibus.* Quod si autem statuto in familia aliqua hoc jus indu- 121
catur in modum privilegii I. necesse erit, ut Vasallis ejusdem feudi consentientibus fiat. Sic illud in familia Brunsvicensi à Friderico & Wilhelmo Ducibus fratribus erectum fuit. II. Vt fiat nondum natis liberis. III. ut præcedente communi ordinum, Ecclesiastici, Equestris & Civilis tractatu & deliberatione in diæta provinciali, auff einem Landtag/erigatur hujusmodi statutum. IV. Vt subditi promittant, se non præstituros juramentum fidelitatis & subjectionis alteri, quàm primogenito, neq; ante, quàm is in publico ordinum conventu sanctè promiserit, se hoc statutum, pactum, aut conventionem in omnibus suis punctis tenaciter observaturum. V. Vt inter successores & hæredes sæpiùs renoventur hujusmodi statuta & conventiones. VI. Vt minoribus fratribus in utrumque casum, tam contrahendi, quàm non contrahendi matrimonii, ex proventibus feudi Regalis, vel aliis bonis juri primogenituræ subjectis ita prospiciatur, ut sui rationem aliquam habitam à majoribus animadvertant. VII. Vt hujusmodi statuta seu conventiones, non tantùm ipsæ

juramento paciſcentium, vel ſtatuentium confirmentur, ſed etiam ut ab eorum heredibus renovationes ſub eodem juramenti vinculo fiant. VIII. Neceſſarium eſt, ut ab Imperatore, ſcientibus & conſentientibus Imperii ordinibus, in Imperialibus Comitiis confirmentur, eademq; confirmatio, à ſubſequentibus Imperatoribus ſæpiùs removetur, & ut ſuccedat aliorum quoq; Dominorum confirmatio, ſi feuda ab aliis dependentia comprehenſa ſint ſub Regali titulo. Hæc Betſius *d. tr. pag.*
122 *708. & ſeq.* quorum alia utilia, alia demùm neceſſaria agnoſco. Cæteris in familiis, in quibus ex generali & ordinario jure pari paſſu ſuccedunt liberi maſculi, de quo Knichen. *d. l. n. 67. & aliquot ſeq.* plerumq; inter ſucceſſores adminiſtratio & emolumentorum perceptio dividuntur, regaliorum & juriſdictionis ſubſtantia apud omnes in ſolidum manente, Weſenbec. *conſil. 32. num. 8. & ſeqq.* Quod commodiſſimè fieri poteſt, ſi Ducatus, vel Principatus contineat loca, præfecturas & ditiones ſeparatam juriſdictionem habentes, ſonderlicher Empter vnnd Herꝛſchafften / Hieron. Schurf. *conſil. 37. num. 4. centur. 2.* Schrader.
123 *de feud. pag. 8. cap. 2. num. 39.* Exempli loco nobis ſervire poterit præter Ducum Saxoniæ Vinarienſium ditionem hoc modo diſtributam, Haſſiaca ditio, quæ ratione adminiſtrationis & emolumentorum diviſa quidem eſt, manente jure beneficiario integro & indiviſo: Oldendorpius *inter conſil. Marpurgenſ. vol. 2. conſil. 5. num. 97.* Vnde eſt, quod tàm poſſeſſio civilis, quàm dominium ipſum totius ditionis Haſſiacæ, cum pertinentibus Comitatibus, ditionibus & præfecturis, ad omnes Haſſiæ Landtgravios æqualiter & pro indiviſo pertinere dicatur, diviſionemque factam adminiſtrationum emolumenta & naturalem poſſeſſionem reſpicere: Acta in ſachen Heſſen contra Heſſen / die Fürſtliche Marpurgiſche ſucceſſion betreffent / *in deduct. cauſæ principalis num. 18.* Sunt tamen, quod & ipſum notatu dignum, in Haſſiam etiam adminiſtrationem reſpicientia nonnulla adhuc hodiè indiviſa, ex jurata perpetua & hereditaria conventione, tale eſt das Heſſiſche Hoff- vnnd Reviſion Gericht / die Landtäge / Synodi vnd Zölle: Reinking. *d. lib. 1. claſſ. 4. c. 17. n. 21.* Atq; in hoc ipſo verificatur Beſoldi dictum *d. diſputat. nomicopolit. 7. n. 9.* diviſionem, ſi quas inter familias recepta, certis conditionibus plerumq; ſolere fieri, ut quod aliquandò commune judicium appellationis, vel ſimile quid conſtituatur, quò unitas territorii
124 retineatur. Sed & aliæ quoq, conditiones hiſce in diviſionibus uſitatas percepimus. Videlicet ut inter fratres illuſtres ſeparata commoditate territorii, exercitium juriſdictionis in ſeniorem cum quodam emolumento

mento transferatur. Vt aliquandò fratres alternis annis, vel triennio
quoq; provincias administrent; Lauterbach *in principe Christiano c. ult. n.
131.* Imò & illud literis consignatum reperio, olim quandoq; ipsos inter
illustrium parentum successores, sorti rem commissam, vel arbitrio vir- 125
ginis, cui integrum cederet feudum: Münsterus *Cosmogr. suæ lib. 3. c. 417.* in
genealogia Landtgraviorum Hassiæ memorat, Ottonem Landtgravium
quatuor reliquisse filios, natu illorum maximum Archiepiscopum Mag-
deburgensem declaratum, creatumq;, secundogenitum Hermannum no-
minatum, diem suum ante patrem obiisse, reliquos fratres Henricum &
Ludovicum principatum suum indivisum conservare studentes, inter se
pactos fuisse, ut unus tantùm rei præesset, alter verò quibusdam præfectu-
ris contentus, perpetuò à Principatu exclusus, & matrimonii contrahen-
di potestate privatus esset: Ne verò hac in parte ulli injuria fieret, sed res
tota sorti committeretur, conventum inter eosdem fuisse, ut ambo unam
virginem ambirent, hujusq; arbitrio electionem absolutè permitterent.
Hunc in finem cum elegissent filiam Marchionis Misniæ, ambo fratres
ad eam profecti, electioni se stitisse, à qua cum major natu Henricus al-
teri prælatus esset, eum inde Imperio universi Principatus, & matrimo-
nio virginis fuisse potitum. Ludovicum autem, tametsi renunciationi
factæ quoad bona satisfaceret, tamen alterum, quod matrimonium con-
cernebat caput, non implevisse, sed contra ducta in uxorem filia Comi-
tis Spanheimensis, filium ex ea suscepisse Hermannum, qui deficiente
paulò post progenie Henrici à Canonicatu Magdeburgensi ad Hassiæ
Principatum vocatus, reliquos ejus familiæ Principes procreaverit.

Postremò circa successionem Principum illud notabile est, quod 126
nonnullas inter familias in defectu legitimorum heredum, ex conven-
tione, seu pacto, ne feudum ad Dominum redeat, heredes ultrò citroq;
quæsiti fuerint. Germanis pactum illud vocatur Erbverbrüderung /
vel ut alii, Erbvereinigung / quorum tamen posterius latius est, nec
solùm denotat die vereinigung / so wegen deß Erbes geschicht / sed et-
jam quaslibet pactiones, quæ heredem sequuntur, & inter familias
perpetuò nexu contractæ sunt. Vnde à priori hîc eam, quæ quan-
doque Brüderliche Erbeinigung vocatur, nec tamen Erbverbrüderung
est, separatam & distinctam volumus. Hæ successiones conventionales,
ut anomalæ, ita haud sine dubio videbantur suspectæ. Cujus memo-
res, antequam longiùs hac in materia progrediamur, prægnantiores
rationes, quibus impugnari poterant, examinabimus. Anq; hæc eadem
successio tam in bona feudalia, quàm allodialia fieri possit, videbimus.

Feudalia quantum concernit, rationes prohibentes hæ poterant propo-
127 ni. I. Nulla ordinatio defuncti in feudo locum reperire potis est. *c. unic. de success. feudi* 1. F. 8. ratione putà successionis, sive illa testamentum sapiat, sive aliquid aliud. Generalitas enim verborum utrumq; removet. Idq; non tantùm, si heredem instituat quis eum, qui aliàs successurus, Guihel. Benedict. *in repetit. c. Raynutius vers. in eodem testam. relinq. 1. n. 148.* sed multò magis si alium, cui jus succedendi à Domino feudi non obtigit. Notabile quoad prius membrum exemplum est Georgii Saxoniæ Ducis, qui totus contra Lutheri sectatores odio æstuans, sine liberis decedens, fratrem Henricum & ejusdem liberos, Mauritium & Augustum, testamento heredem reliquit, eâ lege, ne relligionem mutarent, ni parerent, Cæsari & Ferdinando Cæsaris fratri, omnem ditionem suam attribuit, donec vel ille, vel filii, vel ex Saxonica familia proximus agnatus, conditionem implevisset. Verùm Henricus, qui Smalcaldico fœderi subscripserat, cum primùm de fratris morte cognovisset, conditione rejectâ hereditatem adiit. Thuanus *lib. 2. histor. pag. 67. edit. Aurelianens.* Ejusdem farinæ aliud ex Peuceri *Chron. pag. 644.* Osiandro *histor. Eccles. cent. 16. part. 1. p. 18.* Crusio *annal. de success. region. lib. 1. differt. 2. n. 12.* Philippus, ait, Palatinus Septemvir, filio suo Ruperto nuptias conciliârat filiæ Georgii divitis Bavariæ Ducis, qui præter auri argentiq; vim omnem, & supellectilem planè regiam, genero legavit eam Bavariæ partem, quam successionis jure tenebat. Hoc testamentum, quò minùs ratum haberet Maximil. I. Imperator, Albertus Bavariæ Dux (id in fraudem suam contra Imperii leges, & jura feudorum conditum affirmans) impensè instando evicit. Post mortem Testatoris, cum gener integram soceri ditionem armis occupare anniteretur, nec monita curaret Imperatoris, bellum inde exortum est Palatinæ familiæ detrimentosum, totiq; Imperio
128. funestum, quod Noricum, vel Bavaricum vulgò indigitatur. 2. Feudum definitur ususfructus; Vultejus 1. *F. 2. n. 9.* Rosenthal. *de feud. c. 1. conclus. 6.* & inde Vasallus rectè dicitur usufructuarius. At ut maximè statuerimus, usufructuarium, commoditatem & jus percipiendi fructus alienare & in alium transferre posse, §. *minus* 1. *Instit. de usu & habitat. l. 12. §. 2. ff. de usufructu l. 8. § 2. ff. de peric. & commodo rei vendita, cum similibus.* Joh. del Castillo *de usufructu c. 69. n. 17.* non tamen illud hæc operabitur translatio, ut ultra mortem usufructuarii hæc sese extendat alienatio. Quippe quomodo ususfructus finiri dicitur. §. *finitur. ult. Instit. de usufr.* Et optimè ad casum nostrum *d. l. 8. §. 2. de peric. & commodo rei vend.* Cum usumfructum mihi vendis, interest utrum jus utendi fruendi, quod solum tuum sit, vendas;

das; anverò in ipsum corpus, quod tuum sit, usumfructum mihi vendas. Nam priori casu, etiamsi statim morieris, nihil magis heres tuus debebit; heredi autem meo debebitur, si tu vivis: posteriori casu heredi meo nihil debebitur, heres tuus debebit. Cum igitur ultra vitæ terminos usufructuarius jus suum alteri nequeat concedere, ne, si ulterius manum extendat, de re ad se non pertinente & extincta, videatur contra jura & possibilitatem agere, idem utique de Vasallo statuendum veniet.

III. Idq; exinde magis approbandum erit, ne, contrario admisso, majorem Vasallis hisce illustrioribus, ipsa in feuda potestatem attribuamus, quàm Imperatori datam videmus. Carolo V. inter alia capitula, & hoc præscriptum fuit, wann Lehen dem Reich / vnnd jhm bey zeit seiner Regierung eröffnet vnd lediglich heimfallen würdẽ / so etwas mercklichcs ertrügen, die solte Er ferner niemandt verleihen / sonder zu vnterhaltung deß Reichs / seiner vñ seiner Nachkommendẽ König vnd Keyser behalten / einziehen vnd incorporirn, biß so lang das Reich wider zu Wesen vnd Auffnehmen käme. Eundem in finem in investitura Eberhardi Ducis Würtembergici Maximilianus I. seipsum & futuros successores astringit, quod lineâ Ducum Würtembergensium deficiente, nicht solle noch möge solch Hertzogthumb ferner jemandt auß einiger Vrsach oder Weise / wie die sein möchte zu Lehen rc. verliehen werden. Hoc sanè omne contra utilitatem Imperii impediretur, si promiscuam Vasallis illustrioribus, pacto succcessores quærendi potestatem attributum iremus. 129.

IV. Uti feudum non sub prætextu pecuniæ, ita nec sub prætextu pacti aut conventionis, sed amore & honore Domini acquirendum est, *c. un in pr. de feudo dato in vicem legis commissa*, 1. F. 27. Hujus enim beneplacitum ut feudum primitùs constituit, ita successori certos posuit limites, quos ultra citraq; nequit consistere rectum. 130.

V. Unde & illud in considerationem vel omnium maximè tradendum est, quod Vasallo omnis alienatio, commercium, venditio, pignoratio, pro anima judicatio, feudi nomine adempta sit, expressis Lotharii & Friderici Imperatorũ Constitutionibus *2. F. 52. & 55.* Quo, ceu generali epiphonemate, hasce dubitandi rationes obfirmo. Allodialia quod attinet, licet in iisdem modò à nobis allatæ rationes haud militent, attamen & illorum respectu nonnulla alia se offerunt obstacula, 131.

I. hereditas extraneis testamento, nec pactis datur, *l. 5. C. de pact. conventis*. II. Pactum de futura hereditate, utpote contra bonos mores, *l. 4. C. de inutil. stipulat.* plenum tristissimi & periculosissimi eventus. *l. fin. C.* 132. 133.

LL

fin. C. de pact. votum captandæ alterius mortis inducens, *l. 11. C. de transact.* libertatem testandi auferens, *l. 15. C. de pactis*, à jure reprobatum *dd. textib. & aliis similib.* Idq; adeò, ut ne juramento, si fuerit vallatum, probum effici queat: arg. eorum quæ tradunt *Dd. In d. l. fin. C. de pact.* & Zasius *ad l. 61. ff. de V. O num.* 48. Sichardus *ad l. 3. C. de collat.* Verùm hisce & aliis non obstantibus concludendum arbitramur, prædicta familiarum illustrium pacta successoria nec esse illicita, nec contra vel jura feudalia, vel reliqua civilia contracta. Feudalia quoad bo-
134. na enunciati fundamentum hoc est. I. Senior, sive Dominus feudi, Vasallo adhuc vivente & consentiente, ut viri Placentini asseruerunt, vel ut Mediolanenses & Cremonenses, etiam eo ignorante, modò nullum ei detrimentum de feudo contingat, alium de eodem feudo investire potest, *1. Feud. 27. §. si quis. 2. Feud. 22. § si quis.* Idem hic contingit casu nostro, quo consensus Imperatoris pactum antecedit, & confirmatio idem sequitur. Licet enim contrahentium quodammodò voluntas consensui Imperatorio causam det, nihilominùs tamen totum hoc negocium non ex hoc, sed ex illo robur nanciscitur. Ut illustres confratres adeò de alieno liberales non sint, nec falcem alienam in messem mittant, sed Imperator ad instantiam horum mit einer sampτlichen Belehnung arctissimo omnes jungat vin-
135. culo, & illis invicem succedendi copiam tribuat. II. Vasallo licet de feudo, quod tenet ab alio, alium investire, modò sincerè & sine fraude hoc agat, non solùm inscio, sed & dissentiente Domino. *2. Feud. 9. §. 1. 2. Feud. 3. § sed etiam. 2. Feud. 26. § beneficium. 2. Feud. 34. §. similiter.* Quid igitur absurdi, si dicamus, Vasallum quasi mutuam in possessionem alium sibi vocare posse, modò hoc fiat sincerè. Quod si hoc voluntas Vasalli sola operatur, modò, ut innuunt dicti textus, hoc fiat sincerè, personæ æquali, iisdem, qua ipse feudum tenet, conditionibus, Domini si accesserit benignitas, utique hoc amplius erit, si expressè agatur, ut & aliis conditionibus, feudum transeat, aut si plane iisdem, tantùm ut primo Vasallo decedente, alter in possessione permaneat solus, quasi jure quodam accrescendi, liberosque etiam successores habeat.

136. III. Senioris in potestate & arbitrio est, ab initio feudum in Vasallum, quibus quibus etiam conditionibus pro libitu, conferre, atq; rei suæ, quam velit legem dicere; Ejusdem simili ex jure & rationis convenientia voluntati reservatum erit, etiam translato jam olim feudo, ad instantiam Vasalli, legem & conditionem novam adjicere, qualem qualem velit.

IV. Sunt

IV. Sunt hæc pacta & privatim & publicè favorabilia, utpote quæ pacem & tranquillitatem Imperii conservant, atque subditorum defensionem faciunt, quorum interest, ne alienis & ignotis Dominis subjiciantur: Gail. 2. *observat. 127. num. 2.* Unde ad illas pertinebunt confœderationes & ligas, quas approbatas novimus à Carolo IV. A. B. *c. 15. §. 1.* Hæc & alia si maturè quis secum perpenderit, tandem eò, ut arbitror, concedet, ut pactum hoc successorium ratione bonorum feudalium, certis adhibitis requisitis, de quibus posteà ex formulis constabit pleniùs, haud improbum dicat. Ad bona patrimonialia, seu allodialia nunc deflecto, & quâ ratione pacta hæc successoria legitima dici valeant, paucis demonstro. I. In jure nostro 137.
138.
Civili, militum egregia numerantur privilegia, in quibus recensendis Ahatius Enenckelius, & Claudius Cotarçus suam nobis probarunt operam. Quoad ultimas voluntates egregium illud inter alia reperio, quòd, licèt inter privatos hujusmodi scriptum, quo comprehenditur, ut is, qui supervixerit, alterius rebus potiatur, ne donationis quidem mortis causâ gestæ efficaciter speciem ostendat: tamen cum voluntas militum, quæ super ultimo vitæ spiritu, déque familiaris rei decreto, quoquo modo contemplatione mortis in scripturam deducitur, vim postremi judicii obtineat, *l. 19. C. de pactis.* Principes autem Imperii jure militari utuntur, utpote qui milites, & pro salute Imperii excubias agunt, semperq; Imperatori militare dicuntur, Gail 2. *observ.* 127. Improbat quidem hanc rationem Betsius *de pactis familiar. Illustr.* ut plerasq; Doctorum communes alias, *c. 5. pag. 118. & seq.* sed idem meminisse debebat, Non se Gailium solum, contra quem disputat, sed ipsos confratres Illustres, suggillare, utpote quorum in pactis expressa hæc legimus verba: Thun auch ermeldte auff: vnd vbergebung gegen einander gegenwertiglich/in vnd mit Krafft dieses Brieffs in der aller beständigsten Form/Weis vnd Maß/als solches Jure publico militari/vnd sonst zurecht geschehen kan vnnd mag. Quod si enim, ut habet Betsius *d. l. licet 19. C. de pact.* in suis quidem terminis vera, non possit applicari, cum hoc & alia militibus concessa privilegia illis temporibus, per quæ citra expeditionis necessitatem in aliis locis, vel suis ædibus degunt, minimè illis competant, imò ipsi milites extra discrimen belli constituti, pro paganis habeantur, *§ illis autem. & ibi. gloss. Instit. de milit. testam. & d. l. licet. C. de pactis.* Malè utique à Principibus juris militaris, tanquam incompetentis, facta erit mentio. Hoc ut evitemus, pro authoritate Principum confratrum pugnan- 139.

tes, tria potiſſimùm explicanda veniunt. Quorum primum eſt, quando quis incipiat jure militari poſſe teſtari: alterum quando deſinat: tertium de differentia privilegiorum militarium, ubi etiam de variis
140. cauſis, propter quas militibus conceſſa privilegia. Quod ergò primum attinet, Ulpiani clara & rotunda nos docent verba in *l. 42 ff. de teſtam. milit.* ex eo tempore quem jure militari incipere poſſe teſtari, ex quo in numeros relatus eſt, ante non. Proinde qui nondum in numeris ſunt, licet etiam lecti tyrones ſint, & publicis penſis iter faciant, nondum eſſe milites, cum nondum ſint in numeros relati. Numeros inferiore ævo crebrò tegi, ſive de cohortibus, ſive de legionibus, monet Lipſius *de militia Romana lib. 2. dialog.* 4 *p.* 82. Unde in numeros referri aliud haud erit, als vnder eine Compagnie, Fähnlein/ Regiment/
141. Cornet/ ꝛc. vndergeſtellet oder vndergeſchrieben werden. Fateor equidem, Principes in numeros reliquos ut milites haud relatos, ſed numeris potius præpoſitos, attamen ex hoc quoq; milites & juris militaris participes, arg. *l. unic. §. 1. ff. de bonor. poſſeſſ. ex teſtam. milit. l. 3. C. de teſtam. milit. l. 20. in pr. & l. 21. ff. eodem.* *Sunt præterea Principes in matriculam Imperii, atq; ita in numerum Vaſallorum, hoc eſt, Imperii militum recepti. Unde & illo & hoc reſpectu militaria habebunt privilegia. ** Ad modò autem adductã Ulpiani regulam ejuſdem exceptio ſilentio transmittenda non eſt, quam in *l. un. §. 1. ff. de bonor. poſſeſſ. ex*
142. *teſt. milit.* relatam voluit pandectarum concinnator. Si quis militum ex alio numero translatus ſit in alium, quamvis & hinc ſit exemptus, & illò nondum pervenerit, tamen poterit jure militari teſtari. Eſt enim miles, quamvis in numeris non ſit. Extra hunc caſum ſi regulam ſequimur, ut ſequi conveniens eſt, haud fortaſſis ineptè quis dixerit, quouſq; miles in numeris eſt, eo uſq; militari poſſe eum teſtari jure. Ex numeris autem exemptum, ut miles eſſe deſinit, militaria perdere privilegia. Humanitati tamen ſic aliquid datum credemus in eo, qui ex militari delicto capite damnatus, atq; ita ſententia à numeris rejectus, ut quaſi miles teſtetur *l. 11. in pr. ff. de teſtam. milit.* At, inquis, obſtant allatis, juris varia loca, quæ illis duntaxat militibus, qui in acie & expeditione ſunt, non qui citra expeditionis neceſſitatem in aliis locis, vel
143. ſuis ædibus degunt, militarem teſtandi licentiam deferunt, *l. pen. C. de teſtam. milit. cum ſimilib.* armiſque, non privatis negotiis occupatos, ſignis ſuis jugiter inhærentes, Reipublicæ, à qua aluntur, ab omni bello-

* *Gloſſ. in* l. 21. in verbo. militare. ff. de teſtam. milit. *præfectos, tribunoſq; militum, milites eſſe negat. Sed contra omne rationem, & legem ipſam. Georg. Acac. Eneck.* de priv. milit. lib. 1. c. 7. n. 9.
** *Faciunt huc ea, quæ habet Georg. Acac. Enenck.* de privil. milit. lib. 1. c. 6. n. 13. & ſeqq.

rum

rum necessitate defensores volunt, *l. 31. C. de locato & conducto.* Est hæc non levis, quæ me impeditum tenet, consideratio, nec satis reperio, in quo acquiescam. Dici tamen speciosè poterat, ex causis, quibus ducti legislatores militibus testantibus singularia atque propria jura, ut ait *l. 2. ff. de testam. milit.* concesserunt, ex iisdem distinguendi, formulam huc aptari debere. Scilicet testamentorum solemnia I. militibus remissa juris propter imperitiam & simplicitatem *l. 1. in pr. ff. de testam. milit.* 144.
pr. Instit. eod. l. 3. C eod. l. 40. ff. de administr. & peric tut. Cum arma magis, quàm jura scire milites, sacratissimus legislator existimaverit. *l. 22. in pr. C. de jure deliber.* Et crediderint, ut ex Tacito *in vita Iulij Agricolæ* loquar, plerisq; militaribus ingeniis subtilitatem deesse, quia castrensis jurisdictio secura & obtusior, ac plura manu agens, calliditatem fori non exerceat. Hæc ratio potissimùm observanda veniet tunc, quando in castris degunt, non si extra illa alibi, ubi peritiores consulere possunt, atq; simplicitatem propriam alienâ versutiâ expellere, *l. 2. §. ult. ff. quis ordo in possess. servetur, l. 10. ff. de bonor. possess. l. 9. § 3. ff. de jur. & facti ignor.* Hoc casu etiam adhuc militantes communi civium Romanorum jure testamenta facere debent, *§. 3. Instit. de militar. testam. l. ult. ff. de milit. testam. l. un. in pr. ff. de bonor. poss. ex testam. milit.* II. Militi- 145.
bus singularia privilegia, quoad testamenta & successores sibi constituendos data propter pericula, quæ aut præterita sunt, aut præsentia, aut futura, atq; ita præmii loco, *l. 26. §. 1. ff. de militar. testam.* propter benemerita, Giphan. *ad pr. Inst. de testam. milit.* & in vicem recompensationis, ut & pro exantlatis quid habeant laboribus, & ad subeundum pericula magis inflammentur. Ad præterita refero, quod militis testamentum in castris factum post annum missionis valeat, *§. 3. Instit. d. t.* quod filiusfamilias de castrensi peculio possit testari *pr. Instit. d. t.* Ad præsentia referuntur omnia illa, quæ his, qui in acie stant, dicuntur concessa. Ad futura pleraq; quoque, vel omnia ex his ipsis, cum jure militari incipiant, posse testari, ut primum in numeros relati fuerint, *d. l. 42. ff. h. t.* licet nondùm in acie constituti sint, sed ad discrimen prælii pergant tantùm *d. l. 19. C. pactis.* Cœterum ut missio, sive illa causaria, quæ ob vitium, defectum, morbum, sive honesta, quæ emeritis stipendiis, sive gratiosa, ut eam Livius appellat *lib. 43.* quæ per gratiam aut ambitum ab Imperatoribus impetrata, (quam Lipsio excepto pauci agnoverunt, nec leges quidem ipsæ *l. 13. §. 3. ff. de re milit.*) sive denique ignominiosa sit, quâ ob delictum aut crimen militiâ quis solutus, Lipsius *lib. 5. de milit. Roman.*

LL 3 dialog.

dialog. 19. §. 254. omnia illa privilegia, quæ imperitiæ data, aut propter præsens vel futurum periculum concessa extinguit, ceu causa extincta, ita quousque quis in numeris manet, militum retinet privilegia, *l. 4. ff. d. t. de testam. milit.* sed diversimodè. Ea quidem, quæ propter imperitiam, tunc demùm, si in expeditione sit, illa verò, quæ propter benemerita vel pericula exantlata, ut & futura, etiamsi alio respectu in expeditione non sit, quàm quòd ad expeditionem obligatus, & ad quodlibet periculum subeundum promptus. Non enim hìc causa privilegii sublata; Ergò nec ipsum privilegium. Atque huc nostri referendi Illustres confratres, qui ut maximè hodiè fortassis in expeditione non sint, cum tamen in numeris remanserint, & ad expeditionem semper maneant prompti, ut & obligati, milites erunt, & quæ benemeritis, atque futuris periculis posita sunt privilegia, obtine-
146. bunt & ipsi. SECUNDUM pro firmitate horum pactorum esse poterat, quod pacta de tertii hereditate sint licita, si is suam paciscentibus voluntatem accommodet, inque eadem usque ad extremum vitæ spiritum perseveret, (quod posterius non ad pacti validitatem, sed ut pactum istud suum sortiatur effectum, refero) Illicita contrà, si voluntatem suam pactis non accommodet. Ratio redditur in *l. ult. C. de pact.* Cum in alienis rebus contra Domini voluntatem aliquid fieri, vel pacisci, sectæ temporum nostrorum, ut ait Imperator, non patiantur. At nos versamur illo in casu, ubi de hereditate non tertii alicujus, sed de ipsorum paciscentium, atq; ita de re propria, ultrò citróq; agitur, ut primùm ratio prohibitionis cesset, deinde consensus fortior esse debeat in successione mutua, quàm in illa, quæ ex uno tantum defertur latere, denique quia hìc successio certa constituta, cum ibi tantùm spes aliqua successionis. Ut omninò concludendum sit, in propriis rebus cum domini voluntate aliquid fieri vel pacisci, sectam temporum nostrorum haud impatienter admittere. Idque pro tertio magis admittendum reor, cum hisce in paciscentibus nostris votum
147. captandæ mortis alterius cesset, atque ita prohibitorum pactorum ratio. I. Cum verba confraternitatis illa, quæ mox subjiciam, votum hoc excludant & detestentur, Also wäre es/ daß Gott vorhalte/ das unsere einige vorgenandte Parthey/ oder unsere Leibs-Lehens Erben nach uns stürben/ und von Tode wegen abgiengen/ ohne rechte Leibs-Lehens Erben rc. II. quia Principum Germaniæ genius hujus voti suspicionẽ tollit omnem. Pleriq. enim inter Germanos boni sunt, inquit Joh. Bolognetus ad *l. ult. n. 66. C. de pact.* Pruckman. *consil. 9. n. 140. vol. 2.* Besius *d. tr. p. 10.* contra

contra Gailium disputans, de hac ratione ita arguit: Tametsi considerata Germaniæ Principum naturali sinceritate & probitate, in Germania locum aliquem sibi vendicare posset, tamen cum exceptio hæc non ad Germaniam restringatur, sed per universam Europam extendatur, metuo ne apud alias gentes planè cesset, & explodenda, nec in Germania quoque admittenda sit, maximè cum *l. 2. C. ubi pupillus educari debet*, expresse statuat & indistinctè, Magistratus æstimare debere, ubi pupilli morari debeant, ex singulorum adfectione, speque successionis, cui quò quis propior, eò suspicioni magis obnoxius est habendus, atque antiqua historiarum monumenta, nullos frequentiùs alterius vitæ, & sibi invicem insidiatos, quàm ipsos Imperatores, Reges, Principes vel ambitionis, vel avaritiæ stimulis agitatos, clarè testantur. Hactenus Betsius, qui iterùm post commemorationem aliquot exemplorum concludit *p. 117.* Cum non tantùm in privatis hominibus, sed multò magis in Principibus dominetur vesana illa regnandi libido, & inde surgens improbum illud votum captandæ mortis alterius, non immeritò, sed summâ ratione & eximiâ prudentiâ rescripserunt Valerianus & Galienus AA. & Valerianus Cæsar Cajano militi, *l. de fideicommiss. 11. C. de transactionb.* Fideicommissum à patre inter liberos fratres vicissim datum, si alter eorum sine liberis vitâ excesserit, ut ei aliter succedat, transactione interpositâ rescindi posse, quod hoc modo improbabile votum captandæ alterius mortis removeatur, nec adversus hujusmodi transactionem sub prætextu circumventionis, aut minoris ætatis, cui subveniri solet, in integrum restitutionis auxilium à magistratibus concedendum. 148.

Verùm Gailius *dicto loco* non generalem omnium personarum Illustrium, ut Betsius ait, mentionem facit, sed tantùm illorum, qui in Germania & in Imperio sunt. Deinde *l. 2. C. ubi pupillus educari*, ut maximè generalis sit, aliam tamen generalitatis suæ causam non habet, quàm illam, quo prohibitioni pactorum de futura successione causam præbuit, improbitatem videlicet, aliquot nationum, tunc temporis sub Imperio Romano degentium. Quæ improbitas cum à Germanorum simplici integritate abhorreat, ad illos usq; prohibitio extendi haud poterit. Sed meritò, ut in aliis, ita hîc quoque discrimen ponendum inter bonos, quales sunt illi, qui ex natione sunt nō infamata, & inter malos, qui ex ea natione sunt, quæ magis infamis est, *l. 31. §. 21. ff. de ædilit. edicto.* Non equidem ea mihi mens est ut determinare audeā, quas ego nationes posteriorum ad classem trahendas censeam, sed tacitus dum ego has prætereo, loquun- 149.

juramento paciscentium, vel statuentium confirmentur, sed etiam ut ab eorum heredibus renovationes sub eodem juramenti vinculo fiant. VIII. Necessarium est, ut ab Imperatore, scientibus & consentientibus Imperii ordinibus, in Imperialibus Comitiis confirmentur, eademq; confirmatio, à subsequentibus Imperatoribus sæpiùs removetur, & ut succedat aliorum quoq; Dominorum confirmatio, si feuda ab aliis dependentia comprehensa sint sub Regali titulo. Hæc Betsius *d. tr. pag.*
122 *708. & seq.* quorum alia utilia, alia demùm necessaria agnosco. Cæteris in familiis, in quibus ex generali & ordinario jure pari passu succedunt liberi masculi, de quo Knichen. *d. l. n. 67. & aliquot seq.* plerumq; inter successores administratio & emolumentorum perceptio dividuntur, regaliorum & jurisdictionis substantia apud omnes in solidum manente, Wesenbec. *consil. 32. num. 8. & seqq.* Quod commodissimè fieri potest, si Ducatus, vel Principatus contineat loca, præfecturas & ditiones separatam jurisdictionem habentes, sonderlicher Empter vnnd Herrschafften / Hieron. Schurf. *consil. 37. num. 4. centur. 2.* Schrader.
123 *de feud. pag. 8. cap. 2. num. 39.* Exempli loco nobis servire poterit præter Ducum Saxoniæ Vinariensium ditionem hoc modo distributam, Hassiaca ditio, quæ ratione administrationis & emolumentorum divisa quidem est, manente jure beneficiario integro & indiviso: Oldendorpius *inter consil. Marpurgens. vol. 2. consil. 5. num. 97.* Vnde est, quod tàm possessio civilis, quàm dominium ipsum totius ditionis Hassiacæ, cum pertinentibus Comitatibus, ditionibus & præfecturis, ad omnes Hassiæ Landtgravios æqualiter & pro indiviso pertinere dicatur, divisionemque factam administrationum emolumenta & naturalem possessionem respicere: Acta in sachen Hessen contra Hessen / die Fürstliche Marpurgische succession betreffent / *in deduct. causa principalis num. 88.* Sunt tamen, quod & ipsum notatu dignum, in Hassiam etiam administrationem respicientia nonnulla adhuc hodiè indivisa, ex jurata perpetua & hereditaria conventione, tale est das Hessische Hoff- vnnd Revision Gericht / die Landtäge / Synodi vnd Zölle: Reinking. *d. lib. 1. class. 4. c. 17. n. 21.* Atq; in hoc ipso verificatur Besoldi dictum *d. disputat. nomicopolit. 7. n. 9.* divisionem, si quas inter familias recepta, certis conditionibus plerumq; solere fieri, ut quod aliquandò commune judicium appellationis, vel simile quid constituatur, quò unitas territorii
124 retineatur. Sed & aliæ quoq; conditiones hisce in divisionibus usitatas percepimus. Videlicet ut inter fratres illustres separata commoditate territorii, exercitium jurisdictionis in seniorem cum quodam emolumento

mento transferatur. Vt aliquandò fratres alternis annis, vel triennio quoq; provincias administrent; Lauterbach *in principe Christiano c. ult. n. 131.* Imò & illud literis consignatum reperio, olim quandoq; ipsos inter illustrium parentum successores, sorti rem commissam, vel arbitrio virginis, cui integrum cederet feudum: Münsterus *Cosmogr. suæ lib. 3. c. 417.* in genealogia Landtgraviorum Hassiæ memorat, Ottonem Landtgravium quatuor reliquisse filios, natu illorum maximum Archiepiscopum Magdeburgensem declaratum, creatumq;, secundogenitum Hermannum nominatum, diem suum ante patrem obiisse, reliquos fratres Henricum & Ludovicum principatum suum indivisum conservare studentes, inter se pactos fuisse, ut unus tantùm rei præesset, alter verò quibusdam præfecturis contentus, perpetuò à Principatu exclusus, & matrimonii contrahendi potestate privatus esset: Ne verò hac in parte ulli injuria fieret, sed res tota sorti committeretur, conventum inter eosdem fuisse, ut ambo unam virginem ambirent, hujusq; arbitrio electionem absolutè permitterent. Hunc in finem cum elegissent filiam Marchionis Misniæ, ambo fratres ad eam profecti, electioni se stitisse, â qua cum major natu Henricus alteri prælatus esset, eum inde Imperio universi Principatus, & matrimonio virginis fuisse potitum. Ludovicum autem, tametsi renunciationi factæ quoad bona satisfaceret, tamen alterum, quod matrimonium concernebat caput, non implevisse, sed contra ducta in uxorem filia Comitis Spanheimensis, filium ex ea suscepisse Hermannum, qui deficiente paulò post progenie Henrici â Canonicatu Magdeburgensi ad Hassiæ Principatum vocatus, reliquos ejus familiæ Principes procreaverit. 125

Postremò circa successionem Principum illud notabile est, quod nonnullas inter familias in defectu legitimorum heredum, ex conventione, seu pacto, ne feudum ad Dominum redeat, heredes ultrò citroq; quæsiti fuerint. Germanis pactum illud vocatur Erbverbrüderung / vel ut alii, Erbvereinigung / quorum tamen posterius latius est, nec solùm denotat die vereinigung / so wegen deß Erbes geschicht / sed etjam quaslibet pactiones, quæ heredem sequuntur, & inter familias perpetuò nexu contractæ sunt. Vnde â priori hîc eam, quæ quandoque Brüderliche Erbeinigung vocatur, nec tamen Erbverbrüderung est, separatam & distinctam volumus. Hæ successiones conventionales, ut anomalæ, ita haud sine dubio videbantur suspectæ. Cujus memores, antequam longiùs hac in materia progrediamur, prægnantiores rationes, quibus impugnari poterant, examinabimus. Anq; hæc eadem successio tam in bona feudalia, quàm allodialia fieri possit, videbimus. 126

Feudalia

Feudalia quantum concernit, rationes prohibentes hæ poterant propo-
127 ni. I. Nulla ordinatio defuncti in feudo locum reperire potis est. *c. unic. de success. feudi* 1. F. 8. ratione purà successionis, sive illa testamentum sapiat, sive aliquid aliud. Generalitas enim verborum utrumq; removet. Idq; non tantùm, si heredem instituat quis eum, qui aliàs successurus, Guihel. Benedict. *in repetit. c. Raynutius verf. in eodem testam. relinq. 1. n.* 148. sed multò magis si alium, cui jus succedendi à Domino feudi non obtigit. Notabile quoad prius membrum exemplum est Georgii Saxoniæ Ducis, qui totus contra Lutheri sectatores odio æstuans, sine liberis decedens, fratrem Henricum & ejusdem liberos, Mauritium & Augustum, testamento heredem reliquit, eâ lege, ne relligionem mutarent, ni parerent, Cæsari & Ferdinando Cæsaris fratri, omnem ditionem suam attribuit, donec vel ille, vel filii, vel ex Saxonica familia proximus agnatus, conditionem implevisset. Verùm Henricus, qui Smalcaldico fœderi subscripserat, cum primùm de fratris morte cognovisset, conditione rejectâ hereditatem adiit. Thuanus *lib. 2. histor. pag. 67. edit. Aurelianens.* Ejusdem farinæ aliud ex Peuceri *Chron. pag.* 644. Osiandro *histor. Eccles. cent. 16. part. 1. p.* 18. Crusio *annal. de success. region. lib. 1. differt. 2. n.* 12. Philippus, ait, Palatinus Septemvir, filio suo Ruperto nuptias conciliârat filiæ Georgii divitis Bavariæ Ducis, qui præter auri argentiq; vim omnem, & supellectilem planè regiam, genero legavit eam Bavariæ partem, quam successionis jure tenebat. Hoc testamentum, quò minùs ratum haberet Maximil. I. Imperator, Albertus Bavariæ Dux (id in fraudem suam contra Imperii leges, & jura feudorum conditum affirmans) impensè instando evicit. Post mortem Testatoris, cum gener integram soceri ditionem armis occupare anniteretur, nec monita curaret Imperatoris, bellum inde exortum est Palatinæ familiæ detrimentosum, totiq; Imperio
128. funestum, quod Noricum, vel Bavaricum vulgò indigitatur. 2. Feudum definitur ususfructus; Vultejus 1. *F. 2. n. 9.* Rosenthal. *de feud. c. 1. conclus. 6.* & inde Vasallus rectè dicitur usufructuarius. At ut maximè statuerimus, usufructuarium, commoditatem & jus percipiendi fructus alienare & in alium transferre posse, §. *minus 1. Instit. de usu & habitat. l. 12. §. 2. ff. de usufructu l. 8. § 2. ff. de peric. & commodo rei venditæ, cum similibus.* Joh. del Castillo *de usufructu c. 69. n.* 17. non tamen illud hæc operabitur translatio, ut ultra mortem usufructuarii hæc sese extendat alienatio. Quippe quomodo ususfructus finiri dicitur. §. *finitur. ult. Instit. de usufr.* Et optimè ad casum nostrum *d. l. 8. §. 2. de peric. & commodo rei vend.* Cum usumfructum mihi vendis, interest utrum jus utendi fruendi, quod solum tuum sit, vendas;

das; anverò in ipſum corpus, quod tuum ſit, uſumfructum mihi vendas. Nam priori caſu, etiamſi ſtatim morieris, nihil magis heres tuus debebit; heredi autem meo debebitur, ſi tu vivis: poſteriori caſu heredi meo nihil debebitur, heres tuus debebit. Cum igitur ultra vitæ terminos uſufructuarius jus ſuum alteri nequeat concedere, ne, ſi ulterius manum extendat, de re ad ſe non pertinente & extincta, videatur contra jura & poſſibilitatem agere, idem utique de Vaſallo ſtatuendum veniet.

III. Idq; exinde magis approbandum erit, ne, contrario admiſ- 129.
ſo, majorem Vaſallis hiſce illuſtrioribus, ipſa in feuda poteſtatem attribuamus, quàm Imperatori datam videmus. Carolo V. inter alia capitula, & hoc præſcriptum fuit, wann Lehen dem Reich / vnnd jhm bey zeit ſeiner Regierung eröffnet vnd lediglich heimfallen würdē/ſo etwas merckliches ertrügen, die ſolte Er ferner niemandt verleihen/ ſonder zu vnterhaltung deß Reichs/ ſeiner vñ ſeiner Nachkommendē König vnd Keyſer behalten/einziehen vnd incorporirn, biß ſo lang das Reich wider zu Weſen vnd Auffnehmen käme. Eundem in finem in inveſtitura Eberhardi Ducis Würtembergici Maximilianus I. ſeipſum & futuros ſucceſſores aſtringit, quod lineâ Ducum Würtembergenſium deficiente, nicht ſolle noch möge ſolch Hertzogthumb ferner jemandt auß einiger Vrſach oder Weiſe/wie die ſein möchte zu Lehen ꝛc. verliehen werden. Hoc ſanè omne contra utilitatem Imperii impediretur, ſi promiſcuam Vaſallis illuſtrioribus, pacto ſuccceſſores quærendi poteſtatem attributum iremus.

IV. Uti feudum non ſub prætextu pecuniæ, ita nec ſub prætex- 130.
tu pacti aut conventionis, ſed amore & honore Domini acquirendum eſt, *c. un in pr. de feudo dato in vicem legis commiſſa*, 1. F. 27. Hujus enim beneplacitum ut feudum primitùs conſtituit, ita ſucceſſori certos poſuit limites, quos ultra citraq; nequit conſiſtere rectum.

V. Unde & illud in conſiderationem vel omnium maximè tra- 131.
dendum eſt, quod Vaſallo omnis alienatio, commercium, venditio, pignoratio, pro anima judicatio, feudi nomine adempta ſit, expreſſis Lotharii & Friderici Imperatorū Conſtitutionibus *2. F. 52. & 55.* Quo, ceu generali epiphonemate, haſce dubitandi rationes obfirmo. Allodialia quod attinet, licet in iiſdem modò à nobis allatæ rationes haud militent, attamen & illorum reſpectu nonnulla alia ſe offerunt obſtacula,
I. hereditas extraneis teſtamento, nec pactis datur, *l. 5. C. de pact. con-* 132.
ventis. II. Pactum de futura hereditate, utpote contra bonos mores,
l. 4. C. de inutil. ſtipulat. plenum triſtiſſimi & periculoſiſſimi eventus. *l.* 133.

fin. C. de pact. votum captandæ alterius mortis inducens, *l. 11. C. de transact.* libertatem testandi auferens, *l. 15. C. de pactis*, à jure reprobatum *dd. textib. & aliis similib.* Idq; adeò, ut ne juramento, si fuerit vallatum, probum effici queat: arg. eorum quæ tradunt *Dd. In d. l. fin. C. de pact.* & Zasius *ad l. 61. ff. de V. O. num.* 48. Sichardus *ad l. 3. C. de collat.* Verùm hisce & aliis non obstantibus concludendum arbitramur, prædicta familiarum illustrium pacta successoria nec esse illicita, nec contra vel jura feudalia, vel reliqua civilia contracta. Feudalia quoad bo-
134. na enunciati fundamentum hoc est. I. Senior, sive Dominus feudi, Vasallo adhuc vivente & consentiente, ut viri Placentini asseruerunt, vel ut Mediolanenses & Cremonenses, etiam eo ignorante, modò nullum ei detrimentum de feudo contingat, alium de eodem feudo investire potest, 1. *Feud.* 27. §. *si quis.* 2. *Feud.* 22. § *si quis.* Idem hic contingit casu nostro, quo consensus Imperatoris pactum antecedit, & confirmatio idem sequitur. Licet enim contrahentium quodammodò voluntas consensui Imperatorio causam det, nihilominùs tamen totum hoc negocium non ex hoc, sed ex illo robur nanciscitur. Ut illustres confratres adeò de alieno liberales non sint, nec falcem alienam in messem mittant, sed Imperator ad instantiam horum mit einer samptlichen Belehnung arctissimo omnes jungat vin-
135. culo, & illis invicem succedendi copiam tribuat. II. Vasallo licet de feudo, quod tenet ab alio, alium investire, modò sincerè & sine fraude hoc agat, non solùm inscio, sed & dissentiente Domino. *2. Feud. 9. §. 1. 2. Feud. 3. §. sed etiam. 2. Feud. 26. § beneficium. 2. Feud. 34. §. similiter.* Quid igitur absurdi, si dicamus, Vasallum quasi mutuam in possessionem alium sibi vocare posse, modò hoc fiat sincerè. Quod si hoc voluntas Vasalli sola operatur, modò, ut innuunt dicti textus, hoc fiat sincerè, personæ æquali, iisdem, qua ipse feudum tenet, conditionibus, Domini si accesserit benignitas, utique hoc amplius erit, si expresse agatur, ut & aliis conditionibus, feudum transeat, aut si plane iisdem, tantùm ut primo Vasallo decedente, alter in possessione permaneat solus, quasi jure quodam accrescendi, liberosque etiam successores habeat.

136. III. Senioris in potestate & arbitrio est, ab initio feudum in Vasallum, quibus quibus etiam conditionibus pro libitu, conferre, atq; rei suæ, quam velit legem dicere; Ejusdem simili ex jure & rationis convenientia voluntati reservatum erit, etiam translato jam olim feudo, ad instantiam Vasalli, legem & conditionem novam adjicere, qualem qualem velit.

IV. Sunt

cuilibet in oculos incurrit, est, inter Comites Hennebergenses & Duces Saxoniæ. Anno quippe 1554. mense Septembr. Johannes Fridericus II. Johannes Wilhelmus, & Johannes Fridericus III. Saxoniæ Duces, cum Wilhelmo, Georgio Ernesto, & Poppone Comitatus Hennebergici Principibus, de reciproco devolutæ hereditationis jure, ut Cyriacus Spangenberg. loquitur, in der Hennebergischen Chronica *lib. 5. c. 51. pag. 272.* vel uti alii, de mutua successione, pacti sunt, ut extinctis Hennebergensibus, Saxoniæ Duces, in toto Comitatu Hennebergico, decedentibus verò sine masculis heredibus Saxoniæ Ducibus, Hennebergici saltem in districtu Coburgensi succederent. Huic pacto
successorio inter alia causam præbuit, daß beyderseits Herren contrahenten Ort/ Land vnnd Herrschafft zu Francken mehr / als an einem ort 174.
zusammen grentzen vnnd stossen/ immassen sie dann auch vor 200. Jahren zusammen/ vnnd in eine Herrschafft gegen Henneberg gehörig gewesen. Item, daß nicht auff eines dieser Fürstlichen Häuser vnd Stammen Tödtlichen vnd ledigen abgang / ein frembder vnnd vnachtbarer Stamm den andern theyl zur Vnruhe/Schaden vnd Nachtheil/ in derer örter einsitzen möchte. Hoc ex formula pacti uberiùs patet. Item quoq; pactum Hassiæ Landgravii, Saxonum jamdudum confratres, approbarunt, & Imperator Carolus V. An 1555 confirmavit. Tandem familiâ Hennebergensi extinctâ persona Georgii Ernesti An. 1543. 22. Decemb. totus Comitatus ad Saxones devolutus fuit, Reusnerus *vol. 1. consil. 3.* Referunt 175.
huc Besold *lib. 1. diss. nomicopol. 14. n. 13.* Schönbornerus *d. l.* & alii pactum illud successorium inter Brandenburgenses & Pomeraniæ Duces. Cujus initium dum ad annum 1323. referunt, scribunt, postquam Pomeraniæ Duces investituram aliquando neglexissent, Imper. Ludovicum Bavarum Pomeraniam in feudum dedisse filio suo Marchioni Brandenburgensi, cumque hoc armis ansam & occasionem videretur præbere, tandem controversiam hoc pacto amicabili fuisse compositum, ut Pomeranâ stirpe masculâ extinctâ Marchiones Brandenburgenses succederent, ex Chytræo *in Chron. lib. 5. p. 156. & 365.* Verum utut hoc exemplum sit pacti successorii, tamen mutui pacti successorii non est, sed uno tantùm ex latere, scil. ut Brandenburgensis succedat familiæ Pomeranæ, non vice versa, unde incommodè ad species nostras referri veritatis est apertissimæ. Consimilis feratur sententia de exemplo Hassiæ Landgraviorum, & Comitum Katzenellnbogensium, quod ex Molinæi *consilio 17.* recensuit inter pacta successionis mutuæ Ritterus *d. th. 10. lit. a.* applicatione prorsus claudicante; tum quia nulla hic mutua successio, sed tantùm simultanea quædam investitura, & ejus vi suc- 176.

ceſſio ſimplex in uno eodemque feudo. Caſus à Rittero ita refertur: Philippus Comes Katzenellnbogenſis tenens illum Comitatum Dietz/ Darmſtadt / Biſing / Clappach / Eſchelburg / cum pertinentiis, titulo beneficii ſeu feudi maſculini, pro ſe & liberis maſculis ab Epiſcopo Wurtzburgenſi unicum habuit filium & heredem Philippum & Annam filiam. Hanc nuptam dedit Heinrico Haſſiæ Landtgravio. Cum autem filius ipſius Philippus ſine maſculis heredibus decederet, ne ipſo etiam decedente Comitatus, & reliqua feuda hoc modo aperta redirent ad Eccleſiam, egit cum Epiſcopo, ut Landtgravius Heinricus gener, pro ſe & maſculis heredibus ſimul de comitatu Katz inveſtiretur, hâc adjectâ clauſula, ſi dictus Heinricus itidem ſine maſculis heredibus decederet, heredeſq; ſuos prædicta feuda poſſidere contingat, Eccleſia redimere poſſit decem millibus florenorum Rhenenſium. Deceſſit etiam Heinricus Landtgravius, unico relicto filio, Wilhelmo III. & duabus filiabus, Mechtildi & Eliſabetha. Orta fuit inter hunc Wilhelmum III. Patris Heinrici heredem, & patruelem ſuum Wilhelmum II. controverſia ob tutelæ actionem ad reditionem rationũ & reliqua adminiſtrationis paternæ. Verùm intervenientibus conſanguineis & illuſtribus perſonis, res An. 1495. transacta eſt, hoc modo, ut ambo de Comitatu & aliis feudis adhærentibus ab Epiſcopo ſimul inveſtirentur, ita ut decedente Wilhelmo Juniore III. Wilhelmus II. vel medius dictum Comitatũ cum omnibus pertinentiis occuparet. Hoc etiam ita ab Epoſcopo tanquam Domino directo approbatum, & ab Imperatore Maximiliano confirmatum fuit. Tandem & Wilhelmus Junior ſine liberis maſculis obiit, ibi alter Wilhelmus medius, ratione ſimultaneæ inveſtituræ Comitatũ occupavit *

177. VIII. De eo ancipiti contentione inter Doctores diſquiritur, An Principes Imperii teſtamenta conficientes ſolennitates à jure comune præſcriptas obſervare conſtricti ſint? Sichardus in *l ſancimus. C. de donat.* Negativã fovet, ut & Roſenthal *de feud. c. 12. concluſ. 10. n. 16.* ubi, quãvis conceſſeris, ait, in Ducatu vel Comitatu ſuo, Ducem vel Comitem ea poſſe, quæ Imperator in toto Imperio poteſt, quæ tamen opinio anceps ſatis, nec tuta eſt, per ea quæ *cap. 5. quæſt. 13. num. 3. & ſeqq.* tradita ſunt, nihilominus etiamſi vera eſſet, tamen videretur reſpectu tantùm ſubditorum intelligenda. Nam ſi de teſtamenti minus ſolemnis valore, puta ſaltem coram duobus aut tribus teſtibus conditi, quæſtio

* *Exemplum convenientius fuerat pactum ſucceſſorium inter Ioachimum Electorem & Marchionẽ Brandenburgenſem, atq; Fridericum Seniorem, Fridericum juniorem nec non Georgium Duces Lignicenſes, atq; Brigenſes, initum, ni illud à Ferdinando Rege Bohemiæ fuiſſet improbatum caſſatum. vide Goldaſti* Beylage der in Rechtlichen bedencken vñ der Erbfolge Königreichs Böheim vnd Vngarn/ pag. 262. & ſeq. nec non p. 272.

incі-

incideret, illa apud superiorem instituenda & agenda esset, qui non facilè concederet, hanc personam litigantem intelligi à potestate & legibus suis solutam. Et quamvis subditi talibus personis infeudati, sint per omnia à jurisdictione infeudantis exemti, salvâ superioritate & reservatis &c. attamen Dux, Baro, Vasallus Imperatoris aut Regis propterea exemtus non est, ideoque tanquam non exemptus legibus domini sui vivere debet. Ac ita aliquando, inquit, per has & similes rationes cum duobus ex senioribus pragmaticis magni nominis, mihi visum fuit, donationem causâ mortis, sub sigillo Comitis Germani, sine testibus factam, non valuisse, etiamsi factum esse non negaretur (alioqui enim ob solum sigillum vix fides adhiberi deberet, per tradita à Wesenbec. *cons. 25. num. 5.*) Quod etiam aliis simul invidentibus ita transactione compositum fuit. Ac plurima testamenta Electorum, Ducum, Principum ac Comitum Germanorum legi ac vidi, in quibus testamentorum solennitates solicitè admodum & solenniter fuerant observatæ, nullum in quo omissæ; & sic ipse testantib. sæpiùs præscripsi. Quod 178.
verò hactenus: Besold. *lib. 1. dissert. nomicopol. de success. Regia diss. 2. num. 9.* tutius quidem esse, scribit, in Principum ac Comitum Germanorum testamentis solemnitates solicitè, debitoq; servari modo; & tamen ni hoc fiat, non proinde dispositionem corruere. Idq; etiam placere Pruckmanno. *in §. soluta potestas. c. 4. membro 3. effect. 1. n. 16. fol. 655.* Imperii certè Status Principum habet prærogativam ubiq; , nisi quod certis in casibus Cæsaris, Imperiiq; majestatem observare teneantur: nec hoc privilegium etiam in Aula, vel Camera Imperiali, inter ipsos dum jus dicitur, negligendum videri. Arbitror ego, si verum sit, quod Illustres co fratres suo admiscuerunt pacto, Imperii Principes jure militari testare posse, & illud quoq; hoc loco aliquam mereri considerationem, eâ tamen, quam supra diximus, subdistinctione. Planè verè militantibus integrum est, vel jure communi testari, observatis solennitatibus, vel jure speciali militari *l. 3. ff. de testam milit.*

IX. Quod tutoris dationem concernit, jus inter Imperii Status 179.
diversum est. Electores quippe testaméto, quo minus liberis tutores dare valeant, Aur. Bulla. *c. 7.* prohibentur, ut suprà monui. Reliqui Principes jure liberiori fruuntur. Et docet Schraderus *in tr. feudal. part. 10. sect. 19. num. 15. & 16.* ut bona distincta, diversisque jurisdictionibus subjecta habentes filiofamilias impubere tutorem singulum ad singulum bonorum genus testamento dare possunt, puta unum bonis suis in palatinatu, alterum bonis in Episcopatu Spirensi, vel urbe Imperiali

Spira, aut Ducatu Clivensi sitis, ita quoq; & Duces, Comitesque diversos tutores, suis testamentis constituere posse. Quod verò idem Schraderus, à tali persona illustri, in testamento minùs solenni datum tutorem confirmatione nullâ egere statuit, secus atq; si à privato datus esset, *l. qui à patre. 3. ff. de confirm. tutor. l. 2. C. eod.* hoc Rosenthalio *d. l.* adeò expeditum non videtur.

180. X. Sicut donatio ab Imperatore facta liberis in potestate, non confertur, ut tradunt Dd. *ad auth. ex testam. C. de collat.* habetur enim pro peculio castrensi, *l. cum multa. C. de bon. quæ liber.* quod non confertur *l. fin. C. de collat.* Ita etiam à Principibus Imperii factam donationem haberi pro peculio castrensi, & factam liberis non conferri, notavit Bl. *in l. pen. C. de collat* & hoc notandum dixit pro Principibus, qui multos habent liberos, Sichard. *ad d. auth.* ex testamento *n. 17. C. de collat præsuppon.* quod in donatione à Principe aliorum liberis obtinet, idem quoq; obtinere in propriis.

181. XI. Illud silentio involvendum minimè, quòd Status Imperii, qui ad Comitia vocantur, votum & sessionem in illis habeant, sive superioris illi sint subsellii, de quibus dubium nullum, sive inferioris, de quo infrà, quando de Imperii civitatibus liberis acturus, dicam largiùs. Supersunt & alia Principibus data singularia, quæ respectu territorii, vel in & circa territorium obtinent, qualia sunt, quæ sequuntur.

182. XII. Habent Imperii Status die Landsfürstliche Obrigkeit/ quam alii superioritatem territorialem, Oberherrligkeit / deß Landes hohe Obrigkeit/ appellare consueverunt. Hæc cum nec legibus juris civilis cognita, sed moribus introducta quidem, variè tamen usurpata, difficilè meritò plerisque visum fuit, de eadem verba facere, rei pro merito, ut testatur Wehnerus *in observat. practic. verbo,* Landsfürstliche Obrigkeit *pag. 458.* Bidenbach. *nobil. quæstion. 1. num. 1.* Gylm. *in Symphor. supplic. Camer. part. 1. tit. 2. de reconvent. num. 58. circa fin.* Meichsner *tom. 2. decis. Cameral. lib. 1. decis. 8. in causa* Fyrmheim contra die Churf. Pfaltz *n. 4. p. 810.* & Idem *tom. 2. lib. 2. decis. 4. in causa* Ingelheimb *contra* Churfürstl. Pfaltz *n. 171. fol. 260.* Exinde etiam orta est opinionum diversitas conspicua, quâ alii die Landsfürstliche Obrigkeit/ nihil præter omnimodam jurisdictionem, vel merum aut summum Imperium denotare, alii
183. eam majoribus regalibus annumerandam duxerunt. Mihi ea ita describi posse videtur, ut dicam, potestatem, seu jus, summi post Imperatorem Imperii, eiq; conexorum Regalium, in omnes territorio subditos, supremi ex concessione Principis, quæsitum, aut usu longævo obtentum. Ideò autem summum hoc post Imperatorem dico, ut immediatum illud

ostendam, simulq; concurrentiam aliquam in eosdem Imperatori non denegem. Non enim cadit superioritas territoritatis in alios, quam immediatos. R A. *de an. 1548.* zu Augspurg. §. wiewol auch in der ringerungs-handlung: Christophorus Mingius *de superioritate territoriali c. 3. n. 30.* Et habet Imperator concurrentem cum Statibus in eorũ territoriis potestatem. Innuũt hoc privilegia, & indulta, quæ Statuum subditis (salvo 184 tamen jure ordinarii *l. 2. §. si quis 2. ff. quid in loc publ. l. 40. ff. de administr. tut. d. §.* Wiewol auch / *& Capitulatione Caroli V. ibi.* Ein jedem Herrn vnd Standt bey jhren Hoheiten / Würden / Rechten / Macht / Gewalt rc. bleiben lassen) totâ die ab Imperatoris benignitate exhiberi, dariq; videmus. Probant hæc evocationes subditorum, quæ nomine Imperatoris fiunt testimonii, sive litis causa, absq; omni subsidio juris, Gail. *1. observat. 95. n. 16. & observat. 98. n.* 2. Hartm. Hartman. *2. tit. 1. observ. 6. n.* 14. Wurmser. *1. t. 6. observ. 9.* Wesenbec. *consil. 97. item* monitoria & bannimenta in territoriis Statuum, quæ affiguntur & publicantur, citra ullam eorum requisitionem. Rutger Ruland. *de commissor. part. 1. lib. 1. c. 4. num. 6.* Paurmeister *de jurisdict. 1. c. 27. n. 39.* Hæc tamen 185. concurrentia in illis locum haud obtinet, quæ privativè Status Imperii ab Imperatore obtinent, aut sibi quæsiverunt. Inde subditi Statuum regulariter in prima instantia ad Cameram vel aulam Imperatoris evocari nequeunt. Ordinat. Camer. *part. 2. tit. 1. & 5.* nec Statuum Imperii jurisdictio præsente in eorundẽ territoriis Imperatore quiescit, ut benè deduxit Reinking. *d. tr. lib. 1. class. 5. c. 7 per totum.* Diximus territorialem 186. potestatem in omnes territorio subjectas vim suam exercere: quòd generaliter verum est de omnibus, qui in territorio bona possident, & ejus ambitu continenter, seu inibi deprehenduntur. Quæcunq; enim intra territorii septa continentur, ea in istius domini patrocinio & jurisdictione esse præsumuntur, cujus est districtus & territorium. C. *omnes basilica. 17. q. 1. l. 1. §. in initio. ff. de offic. præf. urb. l. incola. l. qui ex vico. ff. ad municip. l. pupillus. §. territorium, ubi Dd. ff. de V. S.* Specul. *de jurisdict. omn. jud. §. 1. vers. si magis.* Bart. *ad l. 1. num. 15. in fin. ff. de jurisdict. & ad. l. 1. num. 3. ff. de damno infect.* Menoch. *lib. 3. præsumpr. 100.* Anton. Faber. *in C. rer. judicat. lib. 3. tit. 12. definit. 17.* & alii complures diligenter ad hanc rem adducti à Reinking. *d. tr. lib. 1. class. 5. c. c. 1. num. 22. & seqq.* Vnde licèt contingere possit, ut detur in alicujus Principis territorio persona, locusque exemptus: Meichsner. *tom. 2. lib. 1. de-* 187. *cision. 8. in causa* Fyrnheimb *contra* die Churfürstl. Pfaltz / Bidenbach. *quæst. nobil. 1. num. 17.* attamen exemptionem hanc alleganti summum

& gravissimum probandi onus meritò imponitur, *c. ex ore. 17. de privil. c. cum persona, de privileg. in 6.* Cravetta *consil. 54. n. 9.* Gylman *in Symphorem. supplicat. tom. 1. part. 1. tit. 2. vol. 1. n. 135.* Qui tamen si demonstraverit se in possessione exemptionis sine dolo malo constitutum fuisse, in adversarium onus probandi subjectionem, videbatur devolvisse *l. 15. C. de probat.* nisi differentiam inter *d. l.* casum & hunc nostrum constituamus, ut posse, arbitror, commodè Et allegat Reinking. *d. l. n. 39.* Ziglerum *in communib. conclus. ad aur. prax. Calvalc. §. Landtsassii. nn. 24.* Statuentem exemptionem allegantem, titulum asserti juris teneri edere, nec eidem sufficere, si possessionis emolumentum allegat, cum ipsi jus commune & generalis præsumptio resistat. Cujus & illam subnectit Reinkingius rationẽ, quod jurisdictionis territorialis possessio haberi non possit, nisi è superiore. In illis autem, quæ à Principe habere & impetrare necesse est possessionem, vel quasi præsumi precariam donec doceatur titulus. At ex Menoch. & Pistorio idem tradit Matth. Steph. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. c. 7. in* 80. ubi hæc adeò procedere, ait, ut licet spoliatus sit quis, non tamen restituatur, priusquam titulum docuerit, cum tamen secundùm regulam vulgatam spoliatus ante omnia restituendus. Sed de eo ipse viderit, sane mihi non admodum expeditum id videtur. De iis autem, quæ in contrarium à Vietore *de exempt. conclus.* 27. afferuntur, consulendus Reinking. *d. l. n. 41. & seqq.* Potest & illud quoq; contingere, ut superioritas territorialis in aliquo territorio plenior sit, in alio autem minùs plena.

188. Non enim insolens est, ut una provincia plurium dominatu fatigetur, & jura, quæ in uno territorio superioritati connexa, in altero divisa reperiantur, ut uni competat, die Landesfürstliche Obrigkeit / alteri deß Landes Hoheit vnnd Herrligkeit / tertio die Wildbahn / quarto die Forstliche Obrigkeit vnnd Forstrecht / quinto die Hohe frais vnd Cent / sexto Voigtey vnd Erbgericht: Gylman. *tom. 1. symphorem. part. 1. tit. 3. vol. 2. nu. 15.* Ut autem hæc mixtura quandoq; conspicua sit, nec tamen regularis est, nec præsumitur, & magnarum atque frequentissimarum contentionum fomes est, dum quilibet sibi vigilandum ducit, nec rarò adhuc obscurum, quid quantumq; cujusq; sit attribuentum juri. De quo tamen videri poterunt ea, quæ congessit Caspar Leipold. *de concurrentia iurisdictionu quæst.* 12.

189. Illorũ quoq; quorum territoria se invicem attingunt, die aneinander grentzen / haud rara contentio est, tum ratione limitũ, tum etiam ratione ejus, si in confinio territoriorũ cadaver interfecti reperiatur, & utriusq; solum parte aliqua corporis premat, cujus hoc casu das Auffheben ein Freyspfandt / Stich vnd Wundenmassen zunehmen / de crimine cognoscendi, & quæ huic

huic annexa sunt, conficiendi, potestas competat. Magna hîc opinionũ est diversitas, quam antequam ego, ab illis diversissimè, quid statuam, paucis explicandam suscipio. Communior ferè opinio eorum est, & in *Berlichius* praxi recepta, quæ pro eo concludunt, in cujus territorio demortui ca- *decis. 26.* put quiescit. Caput enim, ajunt, Principalis corporis pars est. *l. 44. in prin. ff. de rellig. & sumpt. fun.* Schneidevvin. *ad §. quadam actiones. Instit. de action. p. m. 824. n. 112.* per quam homo cognoscitur, Borchold *in c. un. n. 26.* quæ sunt regalia: Bocerus *in coroll. disputat. finium regend.* Colerus *Isagog. jurisprud. part. 2. disp. 4. coroll. ult.* Petrus Theodoricus *disputat. criminali 4. th 3. lit. b.* ubi subjicit, hanc procedere eo usq; sententiã communem, nisi occisus ita jaceat prostratus, ut caput ejus utrumq; contingat confinium, tunc enim utrumq; dominium competentem esse judicem, allegans Bald. *in l. 2. n. 1. C. ubi de crimin.* Everhard. *in topic. in loc. ub. extre. n. 1.* Zanger. 1. *de exception. 1. n. 238. & 239.* Farinac. *quæst. criminal. 7. n. 51.* 190.
Alii contendunt, ejus fundatum hic esse jus, in cujus territorio cor, seu pars ista corporis, quâ cor tegitur, requiescit, Treuler. *part. 1. disput. 19. th. 4.* Quorum ratio illa est, quod cor fons sit & origo vitæ. Nonnulli, 191.
quorum antesignanus Zasius *in part. comm divid. n. ult.* cognitionem, & definitionem ad utrumque confinem pertinere affirmant; Bachovius *ad d. disput. Treutleri.* Niellius *corollar. disputat. feudal. ultim. lit. c.* Hackelman. *Illustr. quæstion. 8. th. 2.* Leipold. *d. l. quæst 3.* quia hoc casu utriusque territorium censeatur offensum. *l. si verò. §. 2. vers. quod si ex mediano ff. de his qui dejecer. vel effuder.* Niellius *dicto loco. lit. d.* Si unius tantùm esse de- 192.
beat cognitio, putat, omnino cognitionem ei tribuendam esse, in cujus territorio trucidatus, parte corporis infima, vel etiam solis pedibus incumbens reperitur. Nam in dubio, eo loco trucidatum vulnus lethale accepisse (& per consequens delictum fuisse commissum: de quo quæstio est, non verò in cujus territorio mortuus sit. Aliàs enim si ejus esset cognitio, in cujus territorio quis ex vulnere moritur: sequeretur, quòd, si quis talem aggressionem passus, & ex ea lethali vulnere affectus fuit, ac postea in alterius territorium, unum vel medium miliare émensus, pervenit: hujus territorii Domino sit de delicto, in alterius territorio admisso, cognitio: quod absurdum est,) præsumendum est. Exemplo id manifestius fiet. Si quis gladio transfigatur, vel glande, aliove quovis telo trajiciatur, non potest dici eo loco id factum fuisse, quo moriens capite, vel media parte corporis cecidit, sed eo, ubi stetit, cum transfigeretur, vel trajiceretur: eo autem loco stetisse dicendus est, quo pedes reperiuntur. Est enim notissimum, quod is, qui cadit, capite & reliqua parte corporis alium locum occupet, quam eum, quo antea

tea stetit: pedes autem eundem locum servent, quem antea occupabant, vel saltem ei quam proximum; Gotfrid. Muller *disputat. feudal.*
193. *3. th.* 11. diversos inter casus distinguit I. si interfecto vulnus sit inflictum, tunc sanguine in uno tantùm territorio apparente, ibidē quoq; delictum perpetratum censeri, adeóq; ejus loci judici cognitionem deferendam putat. II. Sanguine in duobus territoriis simul apparente, tunc, quia dubium sit, ubinam delictum fuerit commissum, communi opinioni, secundum jus delictum ibi, ubi principale membrum, caput nimirum jacet, perpetratū esse conjicienti, adhærendum existimat. III. Sanguine verò in nullo territorio apparente, (quia fortè aqua plurima sit abstersus) tunc si percussione facta statim fons vitæ fuerit petitus, ita ut verosimile sit, trucidatum pedem de loco, in quo petit, movere non voluisse, Niellii sententiæ accedit. IV. Si denique verisimiliter appareat, occisum accepto vulnere lethali ulterius progredi, aliumq; locū, quàm in quo transfossus sit, sortiri potuisse, eo casu cum multa accidere possint, ut ibi non dicatur vulnus accepisse, quo pedes vel caput jacet, rursum principale membrum, videlicet caput, attentendum putat. An-
194. dreas Gerhardus, *in exercitat. Iustinian. decad. ult. quæst. 8.* In casu dubio conjecturis & præsumptionibus locū facit, quæ vel ex sanguine, vel ex vulnere, & ex situ cadaveris colligi poterunt. Quid si enim sanguis in unius territorio appareat? ejus erit cognitio, cum ibi delictum perpetratū censeatur. Quid si in utroq;? utriúsq; erit cognitio, & præventioni locus relinquitur. Quid si vulnus illatū ejusmodi sit, ut nō statim eodem ictu prostratus & morti deditus sit? casus sane dubius est. Ideoq; utriq; deferenda cognitio. Si plaga ejusmodi illata est, qua statim fons vitæ petitus est, & qua accepta statim in terram cecidisse & occubuisse verisimile est, is locus delicti censebitur, ubi pedes reperiuntur, quod ibi petisse præsumatur occisus, cum transfigeretur, vel trajiceretur. Mihi ita rem
195. placet determinare: Vulnerans, & occisus, in unius territorio, dum facinus perpetratum, constiterunt, aut in diversis; idq; vel certum est, vel incertū. Si certum est, utrumq; uno eodemq; in territorio cōstitisse, difficultas nulla. Si certum est, occisorem & occisum diversis in territoriis constitutū, huncq; ab illo lapide, globulo, vel aliis telis fuisse interfectū ancipites hęrent doctores, ad quem cognitio criminis pertineat. Nonnulli ad eum hanc referunt, in cujus territorio occisor constitit; in argumentum trahunt. *l. 14. §. 2. ff. de bon. libertor. & l. 1. C. ad l. Cornel. de Sicar. l. 1. §. 3. ff. eod.* & à tempore ad locum arguunt, arg. *l. 22. ff. si cent. petat.* Quemadmodum si quis lethali effectus vulnere non in initio statim, sed postea decedat, temporis inspicitur initium *l. 15.*

r *& 17.*

& 17. *ff. ad l. Aquil.* ita etiam inspiciendo hic locum agentis dicunt, ex quo motus, qui neci causam præbuitor, iginem duxit. (Cynus *in l.unic. C. ubi de possess. agi oport.* Nec patientis, sed agentis potissimum rationem haberi, quoad forum delicti constituendum, infert Leipold. *d. l. quæst.* 14. Alii ejus territorii domino cognitionem criminis concedunt, in quo occisus constitit, tum quia in delictis potius qualitas patientis, quàm 196
agentis consideratur *l. palam.* 43. *ff. de R. V.* tum quia hoc in loco delictum accepit formam suam, per quam dicitur delictum, *arg. l.* 9. §. 3. *ff. ad exhibend.* Bl. *ad l.* 5. *n.* 6. *C. de episc. & clersc.* Zanger. *de except. part.* 2. *c.* 1. *n.* 89. Petrus Theodoricus *d. l.* Nonnulli utriusq; territorii Domino cogniti- 197
onem tribudnt, Farinac. *quæstion. criminal.* 7. *n.* 44. *& seq.* Quod etiam placet Gerhardo *d. l.* ita tamen ut præventioni locum constituat. Leipoldus *d. l.* prius inde firmat, quod non minùs hujus jurisdictio, quàm illius violata, ut utrobiq; exemplo opus sit. Vbi enim scandalizavit, ibi & expiare crimen debet reus, ubi malum contigit, ibi reum mori oportet. *c. si peccaverit.* 2. *q.* 1. & latro suspendendus, ubi grassatus est, *l. capitalium* §. *famosus ff. de pœn.* Hartm. Hartm. 2. *tit.* 50. *observ.* 7. *n.* 4. Thoming. *quæst* 5. *n. ult.* ut scandalizati timore pœnæ ab ejusmodi & similium delictorum imitatione deterreantur. Videri poterat utriusq; territorii domino singularia jura, nec concurrentiam inter eosdem constituendam. In cujus 198
territorio occisus reperitur: ei hoc attribuendum, ut tollat occisi corpus, deq; isto vel ejus vestimenti parte sanguinolentâ aliquid abscindat, cum das Fraischpfandt ad eum pertineat, qui ejus loci Centheri existit, Schwanmân *part.* 1. *process. c.* 12. *n.* 21. *& seq.* In cujus territorio homicida perstitit, ei cognitionem criminis, & quæ illam sequuntur, dandam, tum quia cujusq; rei potissimam partem principium dicit *l.* 1. *ff. de O. I.* quod hujus motus & actus in territorio istius cœpit, tum quia dolus & actus ipse causam delicto præbens, hìc in persona occidentis constitit, qui potissimùm considerari debet. Delictum enim hoc, non ex effectu, sed ex causa delictum dicitur, ut inde patet, quod si dolus aut culpa agentis absit, patientis læsio aut mors delictum per se non constituunt *c. lator præsentium.* 9. *& c.* 13. *& seq.* de homicidio voluntario, vel causali *l.* 9. §. 4. *ff. ad l. Aquil. l.* 1. *in pr. &* §. 3. *ff. ad l. Cornel. de Sicar. l.* 7. *eod. t.* Generaliter quippe sancitum legìmus, in maleficiis voluntatem spectari, non exitum *l.* 14. *d. t.* Tum quia inter pœnarum fines ille haud postremus, ut ad conspectum supplicii exemplo deterriti alii ab ejusmodi facinoribus deterreantur *l.* 6. §. 1. *l.* 28. §. 15. *ff. de pœnis.* Quod sæpè ad facientem potiùs, quàm ad patientem referendum est. Vnde magis eo in territorio, ubi delictum factum, quàm ubi receptum, vindicta magistratus competet. Li-

cet enim alterius territorii Dominus dixerit in suo hominem mortuum, alter tamen rectè regeret, per modo dicta, in suo territorio hominem occisum, ad effectum scilicet pœnæ, quæ non mortem ipsam, sed mortis causam æstimat. Hæc aliquando pro decisione quæstionis nostræ
199 mecum constitueram. Sed ut dies diem docuit, mutata opinione, in eo nunc hæreo, ut ejus in territorio, ubi occisus vulnus accepit, facinus patratum dicam, per textum meo judicio satis expressum in *l. 15. §. 1. ff. ad l. Aquil. in verbis*: *Quia verum est, eum à te occisum tunc, cum vulnerabas, quod mortuo eo demum apparuit.* Unde cum delictum hujus in territorio commissum, quæstio de eodem inibi perfici quoque poterit. Verùm non privativè, & hîc solùm, verùm etiam ibi, ubi inchoatum crimen fuit, puta apud eum, in cujus territorio homicida constitit, vel ubi reperitur is, qui criminis reus est. Quæ clara & rotunda *l. 1. Cod. ubi de crimine agi oporteat*, decisio est. Cujus explicationem uberiorem qui videre avet, adeat velim Donellum 17. *Commentar. jur. civil. cap.* 16. & ibi notata Hilligeri *lit. l. & seq.* Casu autem eo, quo incertum planè est, nec conjecturis, de quibus vide Bocerum *de Regalib. cap. 2. num.* 148. *pag.* 137. signis, aliisque præsumptionibus ad certitudinem aliquam perdu-
200 centibus apparet, ubi delictum vel inchoatum vel perfectum. Corpus autem occisi in confinio territoriorum ita reperiatur, ut utriusque confinium premat, ei quæstionem criminis defero, ut & das Fraischpfandt zu nehmen/cujus in territorio pars corporis læsa requiescit. Etenim hîc cum de loco delicti non constet, de illo nulla erit quæstio, sed cum de læsione seu vulnere certi membri appareat, indeque crimen contractum innotescat, hoc ipsum erit, quod quæstioni & cognitioni viam aperiet. Quod si ita est, cognitionem ei haud attribuendam dicemus, in cujus territorio pars illæsa quiescit, in hac enim delictum principaliter non commissum, unde de illa quæstio nulla. Itaque si caput illæsum est, illud in considerationem non veniet, nisi hactenus ut cognoscamus,
201 quis læsus fuerit. Per illud enim & faciem ipsam hoc tantùm patet *d. l.* 44. Cujac. 21. *observat.* 4. *in d. l.* membrum principale dicitur caput, non generaliter, ut malè inde plurimi collegerunt. Et posito, caput præstantissimum & Principale corporis membrum, cum facie, quæ ad similitudinem pulcritudinis cœlestis figurata dicitur *l.* 17. *Cod. de pœn.* At nos hîc non de præstantia membri quærimus, sed de membro læso, quod in considerationem venit. Quod si vero ullo in casu præstantia hæc consideranda siet, tunc eam admittam, quando nullum apparet vulnus, nec læsio alia, quàm interna quæ ex morbo est, quo homo extinctus in confinio jacens reperitur. Talem casum Colerus *dict. loc.* exhibet, quando ait,

do ait, potentissimi E. S. præfectum in arce S. viatorem, qui in ipsis finibus Nobilium V. A. E. consederat, & lue quâdam interemptus caput in viam publicam porrexerat suæ ditionis, cognitionis & sepulturæ esse contendisse, cui Nobiles isti non absque ratione consenserint. Ad hoc nostros extra terminos, ubi de homine ex vulnere mortuo sermones serimus. Planè si caput avulsum sit humeris, & sine nomine corpus, ut Virgilius alibi canit, reperiatur, illud in territorio Mævii, hoc in Sempronii, criminis cognitionem caput sequi, & tunc dicam. Nam & usque ea ratio *dict. loc.* 44. se extendi patietur, non ultra. Qui pro cordis 202
primatu pugnant, idem incurrunt vitium, quod nunc notavimus. Scilicet partis præstantiam intempestivè urgent, casu eo quo ejus considerato nulla. Et adhuc sub judice lis est, de eo quod certum ponunt: Zabarella *de partibus animæ, cap.* 8. Concurrentiam utriusque 203
territorii Dominorum, qui statuunt, solido destituuntur fundamento, & de alieno nimiùm liberales existunt. Nec utriusque territorium hîc dici potest offensum, cum illud non appareat, sed ex parte vulnerata corporis tota surget cognitio, quæ ut unius in territorio tantum existit, ita unius solum quæstionem sceleris, & connexa attribuit alia. Niellio respondet Petr. Theodoricus *dict. loc.* incertum esse valdè, an eo in loco, 204
in quo pedes occisi sunt, delictum perpetratum fuerit. *Primò* ait, ex ipsius Niellii confessione deprehenditur, dum asserit affectum lethali vulnere posse adhuc aliquod itineris spacium procurrere, seipsum pervolvere, ab homicida in foveam vel flumen dejici: Item, trucidatum pedibus eundem locum, quem ante, dum transfigeretur, occupabat, sortiri, vel ei proximum. Fatetur ergò ipse, occisum alium, quàm in quo vulnus lethale accepit, locum sortiri posse. *Deinde* fragilitas illius argumenti ex eo etiam patet, quod pedes facilimè, cum vulneratus pronus cadit, alium occupent locum. Item, quod fieri possit, ut quis vel in fuga transjiciatur, ac ita in alio loco, quàm delictum fuit commissum, in terram decidat, & pedibus procumbat: Item, quod rarissimè, & non facilè contingat, ut quis accepto vulnere lethali tàm violenta protinùs morte eveguatur, ut ne pedem quidem de loco, in quo stetit, moveat. Et *denique* ut maximè talis aliquando càsus particularis, licet difficulter, eveniat: non exinde tamen statim extruenda foret universalis & generalis conclusio: argument. *l.* 3. *de LL.* Idque præsertim, cum & is càsus pluribus adhuc involvi posset difficultatibus & dubiis inextricabilibus. Quid enim si unus pes aliud, & alter itidem aliud contingat territorium? Ibi sanè rursum fluctuatio nova emergeret, dexter an sinister pes aspici debeat. Meritò igitur cōmunis nostra sententia huic Niellii multis præcedat

parasangis. *Hactenus ille.* Mülleri casum quod attinet, primum consen-
205 tio. In secundo arbitror, si in utriusq; territorio sanguis appareat, facilè deprehendi posse, ubinam primum sanguis eruperit. Si à cadavere (nam & hoc nominis hominibus conveniens, nec solis, ut alii voluerunt bestiis. *l. 3. ff. de in jus voc.* Joseph. Castalio *decad.* 10. *observat. in Criticos c.* 8.) incipiamus progredi sanguinis per vestigia. Quod si hoc appareat, nec ad caput, nec etiam ad vulneratam partem recurrendum, sed cædem probabiliter patratam dicemus eo in territorio, ubi primùm sanguis prorupit. Si verò principium sanguinis emissi inde non pateat, quod fortassis in circulum vel gyrum circumactus læsus, hæc inter se conjunxerit & confuderit vestigia, in dubio statuerem recurrendum ad vulneris esse positum, sive situm. Casu tertio si ex qualitate læsionis appareat, occisum plagâ acceptâ loco se movere haud potuisse, Müllero difficilem me non præbeo, & ampliùs eam firmo sententiam *arg. l. un. in pr. ff. de glande legenda.* Quod si verò pedibus distortis, uno Titii, altero Mævii premat solum, pro eo concluderem, ubi pars læsa requiescit, quod duplici hîc munitus fundamento. Quarto deniq; casu iterùm ad partem recurro læsam, non considerato capitis situ. Atq; his ita enucleatis, tandem eo casu, quo nulla cædis vestigia, respectu loci adsunt, parsq; vulnerata confinium premit territorii, aut lethalia plura diversis partibus inflicta vulnera, ut incertum, ex quonam decesserit læsus, quarum una hoc, una illud premit territorium, concurrentiæ locum relinquo, arg. eorum, qui habent. Panormit. *c. fin. n.* 5. *de re judicat.* & Felinus *c. omnes de majorit. & obedient.* Ita tamen ut liberum relinquam, consultumq; arbitror, in concursu dominis territoriorum sorti rem committere, ut, ad quem sors devenerit, illius cognitioni tantùm locus sit, *arg. l. 5. ff. famil. hercisc. l. 14. ff. de juridic. l. 24. th. 17. ff. de fideicommiss. libertat. l. 2. C. quando & quibus quarta pars.*

206 XIII. Huc pertinet die Freyheit in Religionssachen/ welches der Stände deß Reichs höchst vnd fürnembst regale: *Exceptio fori declinator. Landtgravii Hassiæ Mauritii p.* 75. Nempè post transactionem Passaviensem & pacem relligiosam Augustæ 1555. firmatam, tàm Augustanæ, quàm Catholicæ religionis publicum exercitium, suis in territoriis Status possunt inducere. De quo supra *lib.* 1. *c.* 13. ex parte egimus. Hujus connexa sunt varia, de quibus ex professo egit Reinkingius *lib.* 3. *de regimine Ecclesiastico, per totum,* & ex parte Syring. *de pace relligionis th.* 25. *& seqq.* Christoph. Mingius. *de superioritate territoriali. cap.* 5. *conclus.* 61. *& seqq.* Huc quoque referri possunt alia complurima, quæ politicam Principum potestatem concernunt, quæ respectu territorii illis ex pri-

vilegio

vilegio, vel alio jure competunt, de quibus consulendi Mingius *d. l. conclus. 64. & seqq.* Reinking. *d. tr. lib.* 1. *class.* 5. *cap.* 3. Maulius *de homagio,* Knichen. *de Saxon. non provoc. jure vers. Ducum. c. 5. per totum.* & in tractatu *de sublimi & regio territorio,* & alii. Ex quibus ego pauca tantùm, partim confirmanda, partim afferam refutanda. Tam enim ampla hæc est materia, atq; adeò copiosa, ut tractatus aliquot, eosq; fusissimos admittat, curam si hisce atq; diligentiam quis adhibuerit, quam aliis commendatam velim, dum mihi non datur in præsentiarum pro dignitate omnia excutere. Respiciunt ea potissimùm aut Bellica, aut Pacis negocia. Ad illa referuntur. I. Den Vnderthanen Wehr vnd Waffen auff- 207
zulegen/ Bidenbach. *quæst. nobil. 7. vers. cum portatio armorum. pag. 57.* Arma enim ut Princeps per conniventiam concedit, ita per mandatum imponere, & certis ex causis, fortè propter rebellionem &c. demere potest. II. Sie in Wehren vnd Waffen vben / quod Trillen vocant, vnnd
in bereitschafft halten. Reichs Abschied zu Augspurg *de anno* 1555. §. Nach 208
dem aber/demnach. III. Musterung anstellen / Knichen. *de Saxon. non provoc. jure d. vers. ducum cap. 5. num.* 511. Reinking. *d. tract. lib.* 1. *class.* 5. 209
cap. 6. num. 13. ubi allegat Reichs Absch. *de anno* 1564. §. Ferner/ *ibi*: vnd sollen nochmahls ein Jeder Standt Jährlich die seinen selbst mustern. Quæ tamen allegatio huc non pertinet, sed alium respectum meretur.
IV. Zeughäuser/ seu armamentaria habere, R. A. zu Augspurg *de anno* 210
1555. §. seindt demnach. quæ per vocem armandæ in *C. un. quæ sint regal.*
exprimi volunt: Arnisæus *de jure majestat. lib. 2. c. 4. n. 2. p. 334.* Hujus ge- 211
neris præcipua, in Germania quæ videri possunt, sunt; Serenissimi Electoris Saxoniæ Dresdæ, civitatis Norimbergæ, Augustæ Vindelicorum, cui inscriptio data, belli instrumento, paci firmamento; & Argentinæ, in queîs ingens apparatus machinarum & tormentorum prostat: de aliis vide Arnisæum *lib. 2. de jure majestat. c. 5. n. 7.* In exteris Regionibus, quas ego perlustravi (perlustravi autem Italiam, Galliam, Angliam & Belgium) nullum reperi armamentarium, quod cum his comparare potuerim, excepto Venetorum Arsenali, ut vocant, quasi artem navalem, quod arte
naves ibi struantur: Pighius *in Hercule Prodicio p.* 194. Est autem hoc Ar- 212
senale, amplitudine duorum, vel ut alii, trium milliarium Italicorum in circuitu, ut magnam civitatem aliam æquet, cujus divisio in varias regiones est, quas recensere nunc non attinet, exceptis duabus, quarum in una multæ porticus, miliariæ & peramplæ, ex tabulatis extructæ, sunt, sub quibus rostratæ, ac longæ naves circiter ducentæ, præter navigia infinita, stantes in hermatibus sive pontibus, servantur à pluviarum

ac tempestatum injuriis, ex aquis duntaxat subductæ & ad omnem occasionem navigationis paratæ, Pighius *d. l. p. 195.* Videbar mihi, hoc dum spectabam, subjisse Philonis armamentum, quod Athenis fabricasse scribitur, mille, teste Plinio, capax navium: Choppinus *de dom. Franc. lib. 3. tit. 33. n. 3.* In altera magna tormentorum præcipuè navalium prostat copia, & ingens armorum apparatus, ut non nemo literis consignaverit, deficientibus aliis omnibus hunc sufficere ad quemcunq; exercitum instruendum, etiamsi quingentorum millium hominum numeraretur: Hieron. Vendramerus *controvers. 2. contra Paulum V.* Quem tamen non-
213 nihil veritatis terminos transiliisse adspectu deprehendi. V. Munire arces & fortalitia extruere, Schlösser mit Basteyen verwahren / vnd Festunge bawen: Knichen. *de jure territorii c. 3. n. 238.* Sixtinus *de regalibus lib. 2. c. 1. num. 15.* De voce Bastey illud antequam ad realia descendam,
214 notari velim, malè eam communiter per P. sed probè per B. exarari.* Etenim muniendarum civitatum isthæc ratio, & modus usitatus ex Italia ad nos primùm pervenit, nomine apud Italos formato. His enim *bastia* erat generale vocabulum, significans *riparo composto di legnami, sassi, terra, ò simul materia per fortezza de luoglii e de gli esserciti*, *ogni trincea*, *ò trinciera*, vallum, septum, agger: hoc nos in Pastey convertimus duplici errore. Quorum *prior* in vicem B. substituit P. *alter* verò, quod generale erat significatione sua, ad speciem certam propugnaculi convertit, quam Itali *bastione appellabant*, *per riparo più alto della bastia, ma fatto della medesima materia è per il medesimo effecto.* Cœterùm an Italorum Bastia, apud ipsos nata sit, dubitandi poterat ratio promi ex verbo Gallorum *bastir*, quod non solùm ædificare, sed & munire ipsis significat. Quicquid fuerit, illud dubio non caret, *An cuilibet etiam privato sua liceat munire prædia, domosq;?* & contra, *An nulli liceat, etiam Statui, vel Imperii Principi citra Imperatoris privilegium aut gratiam specialem novas extruere mu-*
215 *nitiones?*** De utroq; paucis videbimus. Omnibus hoc licere inde videbatur dicendum, quod I. istæ munitiones ad defensionem pertineant, unde & loricæ earundem nobis Brustwehren / Gallis *defenses* dicuntur,

* *B. pro P. & contra, positum sæpius reperitur in Pandectis juris nostri. Brisson.* lib. singul. parerg. p. an. 392.

** *Vide Heringium* de fidejussor. c. 25. n. 60. *Et Ejusdem filium* de jure Burgorum n. 77. & seqq.

quæ ex juris naturalis præscripto omnibus ex æquo competit, *l. 3. ff. de r. & l. & l. 4. in pr. l. 45. §. 4. ff. ad l. Aquil.* adeò ut nec à summo Principe tolli, aut adimi possit; Petr. Anton. de Petra *in tract. de potest. Princip. c. 26. n. 4.* nec ipsi quidem diabolo deneganda sit, *Clement. pastoralis. de sentent. & re judic.* II. Cuilibet, privato etiam, sine Principis authoritate opus no- 216
vum facere liceat, præterquam si ad æmulationem alterius civitatis per- *Boerius* decis. 320. n. 4.
tineat, vel materiam seditionis præbeat, *l. 3. in pr. ff. de oper. publ.* At in defensionem sui quod fit, nec æmulationis ergò, minus verò seditionis causa fieri certum est. III. Domus cuiq; sua tutissimum debeat esse re- 217
fugium *L. 18. ff. de in jus voc.* ea ergò ut tutior reddatur, muniri utiq; poterit, & vel ad cœlum usq; produci, Dd. *ad l. altius. C. de servitut. & aqua.*
IV. Videtur extare clara Imperatorum Honorii & Theodosii atq; gene 218
ralis concessio in *l. 10. C. de ædific. privat.* ubi in omnibus Provinciis cunctis volentibus permittitur, murali ambitu fundos proprios, seu loca sui domicilii constituta vallare. ALTERUM quod attinet, distinctè procedendum est, & de privatis separatim, de Imperii Proceribus item aliis agendum rationibus. I. Ratio *d. l. 3. ff. de operibus public.* uti prægnans, ita 219
consideranda maximè. Quis autem est, qui non fateatur, si cujusq; ad libidinem liceat ædes & possessiones suas contra quosvis impetus munire, & seditionis amplissimam occasionem surgere, & injuriis atq; rapinis campum aperiri. Cominæus *lib. 10.* ait: in Germania plurimæ sunt arces atq, castella munita, quæ res licentiùs agendi multis occasionem præbet. Docent hoc incredulos præteritæ Imperii calamitates, totq; tuderæ arcium & munitionum deletarum, quæ prædonum & pacis publicæ turbatorum erant receptacula. Et inter Imperii leges huc trahi poterunt Erklärung deß Landtfriedens zu Augspurg *de anno* 1500. *tit.* Wider der Ganerben Schloß/ R. A. zu Regenspurg *de anno* 1567. §. Dieweil es aber/ *ibi*: in den vielbemelten *receptacul* der *rebellen* vnd Friedbrecher der Vestung.
II. Expresè hoc legimus prohibitum in den Schwabenspiegel *cap. 235.* 220
Mañ soll kein Burg bawen mit Vestung/ ohne deß Landtrichters Erlaub/ *Et c. 234.* man mag wol bawen dreyer Gaden hoch/ohn sein(deß Landtrichters) Erlaub mit Holtz/oder mit Steinen/ob der Erden ohn Zinnen/ vnd ohn Brustwehren/ vnd ohn arge/vnd ohn alle Wehre. Man mag auch ein Hoff ohn sein Erlaub an ebner Erde vmbfahen mit einer Maur/ die also hoch ist/ so ein Mann sitzet auff einem Roß/ daß er wohl zu oberst daran gereichen mög mit der Hand ohn Zinnen vnd ohn Brustwehre vnnd ohn aller Schlachtfestung/ in derselben weis mag ein Mann seinen Hoff mit 221
Holtz vmbwachen. III. Munire urbes & fortalitia extruere Regium jus est, nec-

est, nec cuiquam invitâ Majestate usurpandum, Arn:sæus *de jure majest.*
222 *lib. 2. c. 5. num. 8.* IV. De operibus, quæ in muris, vel portis, vel rebus publicis fiunt, aut si muri extruantur, jam olim divus Marcus rescripsit,
223 præsidem aditum consulere Principem debere *l. 6. ff. de operib. publ.* V. nec muros municipales reficere licet sine Principis vel præsidis auctoritate, nec aliquid eis conjungere vel supponere. *l. 9. §. ult. ff. de rerum di-*
224 *vision.* VI. Arma, & eorum usus, non militantibus, privatis interdictus. *Nov. 17. c. fin. Novell. 5. c. 3. in pr. l. 1. & aliquot seqq. ff. ad l. Iul. de vi publ.* At armorum numero non tantùm, quæ ad offensionem, sed & quæ ad defensionem faciunt, venire, textus est in *l. 41. ff. de V. S. l. 14. §. 1. ff. de re militar.* Atque hactenus dictorum potissima ea est ratio, quam in initio adduximus. Hanc secuta Hispania, quæ nulli castrum ædificare per-
225 mittit, nisi cui id Princeps permiserit: Anton. Gomez. *in lib. Tauri. l. 45. n. 14.* Jacob. Cancerius *variar. resolut. c. 13. n. 16.* Et Anglorum, Moscovitarum, nec non Orientis atque Africæ Reges, qui nec rusticorum domos, ac prætoria turribus aut propugnaculis, & vix quidem vallo, fossavè muniri patiuntur: Bodin. *de Republ. lib. 5. c. 5.*

Statibus & Proceribus Imperii, immediatisque aliis adempta vi-
226 detur licentia fortalitia extruendi. I. Quia illis denegatum est jus civitatis dare, Clapmar. *de arcan. rerumpubl. lib. 1. c. 21.* quod minus, Ergò etiam jus fortalitii extruendi, vel ut ab aliis extruantur, concedendi potestas erit denegata, quod majus. Sanè ubi majus periculum, ibi major ob-
227 servanda cautio. II. Videmus jus muniendi, seu fortalitia extruendi Imperatores specialiter nonnullis concessisse, quâ concessione haud fuisset opus, si suo id illis licuisset jure *l. un. C. de thesaur.* Fridericus Imperator civitatibus nonnullis Lombardiæ, Marchiæ, & Romandiolæ concessit, ut munitiones possent extruere, *lib. de pace Constantia. §. Vasalli. vers. civitates murare, vel extra munitiones facere eis liceat, extat ad calcem lib. feudor. ultimi.* Idem concessum legimus civitati Francofurtensi ab Imperatore Ludovico, daß sie jhre Statt weitern vnd mehren mögen/als jhnen nutzlich ist/ vnd mit Mawren vnd Festungen weiter greiffen: & ab Imper. Friderico, daß der Raht außwendig Franckfurt vnd Sachsenhausen/Warten/Schlagethürn/ Graben vnd ander Befestigungen machen möge/ ut privilegiorum tenor, ubi de Francofurto agemus, exprimit. Sigismundus dedit facultatem Episcopis Spirensibus, daß sie in deß Stiffts Landen vnd Gebieten/ allenthalben/ vnd an jeglichen Enden/ wo sie dann getrawen/daß es dem Stifft noht/oder bequemlich sey/mit Graben/steinern Mawren/ Thürnen vnd anders Burglichen Wehrlichen vnnd andern
228 Baw verfahren: *Iustitia extructionis Icumea p. 46.* III. Ut Imperator concedendi,

cedendi, ita & diruendi ac prohibendi, ne fortalitia & munitiones extruantur, potestate utitur, Reichs Ab. zu Regenspurg de Anno 156. §. wiewol wir nun/ibi: Wir auch auß mehrfältigen/ hochbeweglichen/ rechtmässigen guten Vrsachen verordnet / die eroberte Vestung Gotha vnnd Grimmenstein auß dem fundament zuschleiffen / zuzerstören / vnnd zuzerbrechen/in meinung/wie wir vns gegen der Churfürsten/Räthen/Fürsten vnd Ständen/ auch der Abwesenden Gesandten vnnd Bottschafften auß Kayserl. Macht vnd tragenden hohen Ambts wegen / außtrücklich erkläret/ daß vnser will vnd meinung sey/ daß nun fürbaßhin kein befestigung/ weder zu Gotha noch Grimmenstein angefangen / gebawet / oder auffgericht werden soll. IV. Atq; exinde est, quod Fridericus I. Genuenses à 229 munienda urbe cessare jussit: Sigon.12. *histor. Ital.* Bononienses quoque aliquando muros reparare fuerunt prohibiti, sed illi vallis, fossis, arborumq; strue fortius, ac muro civitatem circumdederunt, quod est, fraudem legi facere. Imolensibus etiam Fridericus II. dedit potestatem, mœnia, à Bononiensibus diruta, reficiendi & fossas purgandi, Sigon. *lib. 17. hist. Italic.* Mediolanenses verò, Placentini & Brixiani, quorum muros solo æquarat Fridericus I. ope Alexandri Pontificis, conspiratione contra Imperatorem, muros fossasq; per vim restituerunt, Sigon. 14. *histor. Ital.* Stephanus Rex Angliæ, ut indulgentiorem subditis se præberet, simulq; contra Henricum II. meliùs muniret, concesserat subditis, in suo cuiq; territorio castella excitandi, muniendiq; potestatem: mox tamen pœnituit ipsum liberalitatis, cum eos inde experiretur factos obstinatiores, Wilhelm. Malmesb. *in novell. hist.* facileq; consensit Henrico II. ut quæcunq; per turbas ita excitata essent castella, raderentur, & ipse Henricus, quæ interitum effugerant, secundo regni sui anno penitùs solo æquavit, Matth. Paris. Wilhelm. Parvus *in hist. Henr. II.* Marsus Syriæ præses, cum Agrippa murum ingentis magnitudinis circa Hierosolymam ducere cœpisset, rem ad Imperatorem detulit, qui rerum novarum & turbæ suspicionem captans, illi novum opus denunciavit, & ab opere desistere cœpit, Joseph. *l. 19. Antiq. c. 7.* Nec adeò ignotum est, aliquoties mandata in Camera Imperiali data adversus eos, qui civitates munitas, aut fortalitia extruxerunt. Atq; inter hujus rei recentiora exempla Mulhemium est, nunc ruderibus suæ temeritatis characteribus conspicuum.

Verùm enimverò prædictis non obstantibus, hanc formo regulam, Privatis licere prædia sua claudere, atque ita quodammodò & levi operâ munire, ad securitatem & utilitatem propriam, Jedoch 230

daß sie darauß keine Festung machen/vnd andern schaden zufügen. Quod confirmant suprà à nobis adductæ rationes. Quibus non refragantur primo loco pro licentia privatorum posita fundamenta. Non enim 1. privatis omnis denegatur defensio, quando iisdem denegatur jus extruendi fortalitia, sed ea tantùm, quæ ad jus bellicum refertur, cujus privati incapaces. Quemadmodum non sequitur, arma privatis adempta sunt lege Imperatoria, Ergò, illis eo ipso omnis adempta defensio. Aut si hoc concludens est, concedas oportet, defensionem sine armis esse non posse: quod manifestò falsum. Scilicet ut modum defensioni Jura in aliis, ita & in hoc, utilitatis publicæ causa, præfinire potuerunt.* Et potest quandoq; casus dari, ubi defensio non coarctata modò, sed & adempta dignoscitur, jure, ut in bannito, qui seipsum defendens delicta delictis accumulat, Besold. *ad l. 3. ff. de I. & I. quæst.* 7. & in eo, qui justa sententia ad mortem condemnatus, executori, dem ScharffRichter/ resistere, aut
232 contra eundem se defendere nequit. II. Privatis licere ajo opus publicum novum ad splendorem civitatis extruere, sed certis cum limitationibus, quas ipsæ nobis suggerunt leges, I. ut suis, nec publicis sumptibus hoc construant *d. l. 3. §. 1. ff. de operib. publ.* II. ut opus hoc non ad æmulationem alterius civitatis pertineat. III. nec materiam seditionis præbeat. IV. nec circum theatrum vel amphitheatrum sit, *d. l. 3. in pr.* V. nec ad defensionem seu securitatem publicam faciat, qualia sunt mœnia & portæ, sive de novo extruantur, sive extructæ reparentur, *L. 6. ff. d. t.* Itaq; privatis, sive suas voluerint fortificare possessiones, sive publica mœnia & loca, objici poterit, quod materiam seditioni præbeant, & defensionis sibi non competentis modum anhelent. III. Domus cujusq; tutissimum est refugium, scilicet juris dispositione, non munitione manuaria. Nam etiamsi domus non sit splendida, nec munita, sed capana, domuncula, vel casa pastoralis, aut vilissimum tuguriolum, lege, quæ tutum hoc refugium vult, munitum satis est, vid. Speckhan. *centur.*
233 *1. quæst. 56. n. 5.* Atq; hoc sensu Cicero in orat. pro domo sua, Quid est sanctius, inquit, quid omni religione munitius, quam domus uniuscujusq; civium? Vtut autem majorem securitatem domui suæ quis possit ædificando etiam constituere, id tamen non usq; eò extendi debet, daß er auß einem Hauß eine Festung mache. Quod verò Dd. cuiq; licentiã dant, etiam ad cœlum usq; ædificandi, liberas si habeat ædes, illud rectè à nonnullis restringitur, modo ad æmulationem & nocumentum alterius haud

* *Duplex est defensio, una ex jure naturæ, quam Princeps tollere nequit; altera ex jure civili, hanc Princeps potest tollere ex causa. Georg. Acac. Enenc.* lib. 1. de privileg. c. 8. n. 30.

fiat. *arg.*

fiat. *arg. l. 1. §. 12 ff. de aqua & aqua plur. arcend.* Cui nec ineptè illud adjicio, nisi contra publicam hoc sit utilitatem, aut urbis adspectum deformet. Hinc non solùm intra civitates nonnullis legibus, certisq; statutis modus ædificandi positus, *l. 1. C. de ædific. privat.* sed & mensura ædificiis extra civitatem data. In Gallia quoq; nonnullis in provinciis, non omnibus licet columbarium à solo extruere, einen Thurn auffbawen darinnen Tauben zuhalten. In Neustria Columbarium prænobilis feudi tantùm, nec alterius, symbolum est, Choppinus *de doman. Franciæ lib. 3. tit. 22. n. 6. p. 639.* Adeò scil. variis ex causis omnia non omnibus conveniunt ædificia. IV. *ad l. 10. C. de priv. ædif.* respondeo, illam tantùm provincialibus potestatem concedi, fundos proprios, seu loca sui dominii muris vallare, circundare, daß sie mögen umb Ihre Güter eine Mawer führen / non autem, daß sie darauß oder darauff einige Festung zu bawen oder auffzurichten sollen befügt sein / quæ duo longo inter se distant intervallo. Ratio concessionis hujus ab aliis ea affertur, ut agrorum fructus à piratarum, hostiumvè incursionibus sint securiores. Cui illam præfert Kyllingerus *de Ganerbinatu discurs. 4. num. 123.* ut hoc modo aquarum frequentior effluxus atque inundatio ab ipsis arceatur agris & frugibus. Hujus conjecturæ fundamentum ponit, quod omnes omninò provinciæ, quæ in *d. l. 10.* enumerantur, vel mare ipsum, vel majora flumina vicina habeant. Atque hæc de privatis. De Imperii Statibus ita sentio. Eos etiam irrequisito Imperatore munitiones posse extruere suis in territoriis, modò defensionis hoc fiat gratiâ, nec ad æmulationem aut molestiam alterius, aut denique contra Privilegium cujuspiam Status. Multæ enim civitates Imperiales, aliique Status singulari privilegio ab Imperatore obtinuerunt, ut propè ipsorum territoria nemini liceat castra vel arces, aut fortalitia ædificare: Gail. 2. *observat. 69. num. 24.* Spirensem ad civitatem intra tria milliaria non licet fortalitium construere, Kyllinger. *d. l. num. 163.* Norimberga à Carolo IV. privilegio obtinuit, ut nulli liceat in einer Meilweges gerings umb die Statt einzige Statt / Marckt oder Festen auffzurichten oder zu bawen / Goldastus *tom. 1.* Reichssatzung. *pag. 66* Kyllingerus *citato loco. num. 158.* Principibus potestatem extruendi fortalitia concedit etiam ad æmulationem regulariter.* Quanquam non ignorem, subjicit, mandata in Imperialis Cameræ judicio sæpiùs decreta fuisse adversus eos, qui ad æmulationem alterius Status castrum ædificare conabantur,

234 235 236

* *Aedificare ad æmulationem alterius regulariter prohibitum. Tuschus.* pract. conclus. lit. E. conclus. 232.

circumſtantiis fortè, ob quas tolerari non debere videbantur concurrentibus, vel etiam ſalute publica ſub iiſdem periclitante. Allegat præterea Boërium *in tr. de cuſtod. clau. n.* 45. dicentem, quod ſicut Rex Franciæ in finibus ſui Regni caſtra poſſit facere ad æmulationem Regis Angliæ, & è converſo: ita & Barones & milites habentes jurisdictionem omnimodam poſſint ſua loca propriâ authoritate incaſtellare, & ædificia (ut in eis habitent, volentes ſe ibi collocare) conſtruere & ædificare.* Et *in deciſionibus ſuis deciſ.* 320. *n.* 16. ſcribit: quod *d. l. opus novum. ff. de oper. publ.* (quæ ad æmulationem alterius civitatis vetat, aliquid fieri ſine Principis auctoritate) loquatur ſecundùm antiqua tempora, ſecundùm quæ jurisdictio populi Romani & Imperatoris erat apud eundem. Hodiè verò territoria eſſe diviſa, & jurisdictiones diſtinctas, ita quod unus dominus in
237 alterum nihil poſſit. Verùm hâc Kyllingeri opinione admiſsa, Imperium quod pacatum conſervare omnium intereſt, facilè turbatum habebimus, quod ne eveniat, vel unica hæc cauſa ſufficiens fuit, Camera ſuum ut interpoſuerit decretū.** Authoritas & ratio Boerii parùm hoc in paſſu apud me ponderis habent. Qui ne quidem Imperatori noſtro conceſſum arbitror, ad æmulationem tantum alterius ſummi Principis ad confinia fortalitium extruere. Jurat enim hic inter alia, daß er wolle vnd ſolle in zeit ſeiner Regierung fried- vnnd nachbarlich ſich gegen den anſtoſſenden vnnd Chriſtlichen Gewalten halten. Cum verò ad æmulationem alterius nobis aliud non ſit, quàm ad alterius invidiam quid moliri, hæc qui pote Imperatori tribuemus, ſalvo hoc juramento? *** Et cur *d. l. 3. de oper. publ.* non obſervanda noſtris Principibus, cum ſanè major hujus obſervationis reſpectu eorum militet ratio? Nihil quidem alter Statuum in alterius territorio poteſt, at Imperator is eſt, qui toto in Imperio id poteſt, ut materiam litium & tumultuum præſcindat. Poſſe autem Imperii
238 Proceres munitiones ſuis in territoriis extruere, inde colligo. I. Quia ita obſervatur in rerum argumentis, & hoc jure utimur, ut poſſint. Ac ne videar factum tantum urgere, II. competentiam ex jure armorum &
239 bellico deduco, quod utrumq; Statibus convenit. III. Probat hoc allegatus à nobis ſupra articulus ex R. A. zu Regenſp. *de an.* 1567. §. Wiewol wir nun. Si enim munitiones nemo abſq; Imperatoris conceſſione poſſet ædificare, quid opus fuiſſet de ſpecie conſtituere, daß zu Gothen vnd Grim-

* *Vide Tuſchum* practic. concluſ. lit. c. concluſ. 121.

** *Ad æmulationem tunc licet extruere caſtrum, quandò vicinus pariter ædificat: Boerius* d. deciſ. 320. n. 16.

*** *Gail.* l. b. 2. obſervat. 69.

menſtein

menstein keine Festung solte widerumb gebawet werden. Generalis enim prohibitio, daß niemand befugt/ ohne Gnade/ Gunst vnnd Erlaubnuß Kays. Mayt. einige Festung auffzubawen / utique hic fuisset perquàm sufficiens. Vnde cum hic specialis fuerit facta prohibitio, causis ex prægnantibus, jus generale in contrarium erit. Quod itidem ex civitatum & aliorum privilegiis, de quibus suprà, colligi poterit. Præterea si hoc à mera Imperatoris voluntate dependet, ad quid opus erat Statuum consensu? quorsum attinebat voluntatem Imperatoriam suspendere? quid poterant legati prætendere, daß sie auß Mangel nohtwendigen befehls sich gegen Kays. Mayt. nicht vernehmen noch einlassen könten / sondern achteten/ daß auff zukünfftigen Tag zu Erfurt hiervon/ vnd was der nicht wiederbawung deren Festungen halben zuordnen / zu reden sein möchte. Hoc videlicet est, quod me movet, ut credam Status, ne ipsorum libertati extruendi munitiones, aliquid videretur detractum, non facilè hanc in prohibitionem consensuros, uti nec demolitionem omnes approbasse argumento sunt, quæ in R. A. zu Erfurt *de Anno* 1567. §. Aber die von Kreysen/ Indeque Imperatorem his ipsis in Comitiis, prohibitionis tanquam odiosæ nullam fecisse mentionem, sed quam priùs meditatus fuerat, meliùs de Statuum jure edoctus, alto silentio involutam reliquisse, & denique proscripti priùs, & tunc in custodia detenti Principis Johannis Friderici filios gratiosa concessione zum Lande mit allen seinen pertinentien widerumb allergnädigst restituiret, vnd damit belehnet/ nulla prohibitione de non restauranda & reædificanda munitione addita R. A. zu Speyer *de Anno* 1570. §. Wann dann sein.

Quæ objecta superius sunt ita diluo. I. A facultate dandi jus civitatis, ad extruendi fortalitii potestatem, tanquam à diversis mala fit illatio. Et in his, quæ privilegio, vel præscriptione obtinemus à majori ad minus non valet argumentatio. Tantum enim hic obtinemus, quantum possedimus, quantumque accepimus. Nec dubio caret, annon Status Imperii suis in territoriis novas civitates extruere, sed & pagos jamdudum extructos in civitates convertere valeant. Quod II. Imperator in specie nonnullis civitatibus Imperii jus munitiones extruendi dederit nobis impedimento non est. Quia distingui poterat inter Imperii reliquos Status, & civitates, prætendique Imperatorem plura Principibus, quam civitatibus indulsisse, pluraque in Civitate sibi reservata obtinere, quàm in Principum territoria. Patet hoc inde, quod Imperatores potuerint munitiones, castra, ceu fortalitia in civitatibus Imperii extruere, iisdem Reichs Vögte dare, & alia peragere, quæ ipsis Principum in territoriis nunquam licuit. Quę si hæc non adeo firma, uti fortassis est, re-

ſponſio, alicui videbitur, præſertim ſi ad manus habeat privilegia Principum nonnullorum, quibus ab Imperatoribus munitiones extruendi facultas quoque data, ſciat is, inſolidum haud eſſe, ab Imperatore confirmationem debiti nobis alias juris obtinere, ut aliquoties innuimus. Uſq; ad Exempla me accingam, quæ de Civitatibus Italiæ & Francofurto adducta ſunt, de prioribus ſciendum eſt, illis ut rebellibus omnia jure ipſo adempta fuiſſe regalia & privilegia, Imperatorem autem viſcera innatæ pietatis aperiendo, eas in plenitudinem gratiæ ſuæ recepiſſe, atque ita, quæ amiſerant, illis reſtituiſſe, privilegia & jura, atque inter illa expreſſim ut complura alia, ita & hoc, extra civitates munitiones faciendi. Francofurtenſibus ad id profuit Imperatoris conceſſio, ut approbata hoc modo eorum intentione, nullus quisquam, quod de æmulatione opponeret, haberet. Imò juſſus & mandatum aliquod Imperatorium potiùs hic quàm privilegium eſt, ut totus innuit contextus,
242 mus. Uſq; ad Exempla
243 quem infra inter ſingularia Francofurtenſium requires. III. & IV. Quæ objecta ſunt hoc tantùm evincunt, Imperatorem in utilitatem Imperii rebellium munitiones diruere, eæ ne de novo extruantur, cavere, aliàs aliorum ad æmulationem, pacisq; publicæ exterminium cœptas vel perfectas probare. Quod omne noſtram contra propoſitionem non eſt.

VI. Huc referri debet jus aperturæ, die öffnung / quod ſubditi
244 tempore belli Domino territorii aperiendo caſtra & arces tenentur facere, Knichen *de jure territ. cap. 4. num. 354.* Bidenbach *quæſt. nobilit. 22. num. 2.*

245 VII. Jus ſequelæ, die Folg vnd Reiß / quod ſubditi ſuperiorem bellum moventem, vel ab aliis bello petitum ſequi tenentur, Knich. *de Saxon. non provoc. jur. d. c. n. 310.* Wehner. *in pract. obſervat. verb.* Folge / Reiſen / Dienſt / Maulius *de homagio.*

246 VIII. Milites conſcribendi poteſtas in propriam, R. A. zu Augſpurg. *de Anno* 1525. §. darzu ſollen / Imperii R. A. zu Augſpurg *de Anno* 1530. §. demnach ſoll ſich. R. A. zu Speyr *de Anno* 1542. §. Wann nun aber. §. Es ſollen auch. & aliorum ſalutem, obſervatis hoc in paſſu Imperii legibus, Warem. ab Ehrenberg. *lib. 1. meditam. pro fœder. cap. 2. n. 56.* quæ inter alia volunt, ut aut 1. adſit permiſſio & conſenſus Imperatoris, Ordin. Camer. *part. 2. t. 25.* R. A. zu Augſp. *de Anno* 1555. §. wo ſie aber keine Herren. 2. aut eine wiſſende vnd betrangte Vrſach / quâ ductus militem conſcribat, *dd. ll.* Quibus præſuppoſitis regulariter 3. requirunt. das vorwiſſen / bewilligung / vnd erlaubnuß deß Kraiß-Obriſten / R. A. zu Wormbs *de Anno* 1564. §. demnach ſo *declariren* vnd erklären wir dieſen Articul der Ordnung / *ſtatuiren*, ſetzen vnd gebieten ꝛc. 4. Daß das Volck / ſo von einem

Stand

Stände geworben/ im Zug durch anderer Stände Land vnd Grentzen nie- mand beschwere / noch beschedige / sondern allenthalben wol vnnd Erbar- lich bezahle/ *d.* R. A. *de Anno* 1542. §. Es sollen auch. R. A. zu Augspurg *de Anno* 1555. §. Wo sich aber. Quod idem quoque obtinet, si ab Imperatore conscripti milites, Ordinat. Cam. *part.* 2. *tit.* 15. doch daß eine leidliche vnnd billiche Bezahlung gesetzet sey / R. A. zu Regenspurg *de Anno* 1598. §. Vnd als wir eine Nohtturfft. 5. Daß gebürliche Caution geleistet wer- de/ solch Kriegsvolck ohne Schaden durchzuführen/ *d.* R. A. *de Anno* 1598. §. Betreffend aber.

IX. Potestas bellum gerendi & suscipiendi expeditiones, Hand- habung deß Friedens zu Wormbs *de Anno* 1495. *tit.* die Königl. Mayt. Pa- rùm verò refert, sive illud defensivum sit, sive offensivum, modò utrumq; justum. Injustum enim solum prohibitum A.B. *c.* 17. § *fin.* R. A. zu Speyr *de Anno* 1526. §. Zum andern. R. A. zu Speyer *de Anno* 1529. §. Wir auch Churfürsten. R. A. zu Augspurg *de Anno* 1530. §. Wir auch Churfürsten/ & §. Vnd dieweil wir nun R. A. zu Regenspurg *de Anno* 1541. §. Vñ damit im Heiligen Reich Landfried zu Augspurg auffgerichtet *de Anno* 1548. §. Als Weylandt. 247

Inter justa refero I. si offendantur injustè, justè se defendant, R. A. zu Augspurg *de Anno* 1555. §. Nach dem aber. §. Im Fall aber. Quo tamen casu postea, wann sie schon zu Feldt vnd im Anzuge/ atq; ita ad defensio- nem parati, debent Imperatori hoc significare, sie sollen die Kays. Mayt. jhres vorhabens/ vnnd was sie darzu verursachet / in Schrifften vnverzüg- lich/ vnd in vnderthänigkeit der Sachen wissens zuhaben / verständigen vnd vorgewissigen/ vnd nichts desto weniger mit der fürgenommenen Ge- genwehr/ dieser Ordnung gemeß fürschreitten. *d.* R. A. §. Vnd sollen in ob- erzehlten. II. Si subditos suos inobedientes, contumaces, refractarios, atq; rebelles armatâ invadant manu, Andr. Gail. *de pace publ. c.* 2. *n.* 70. *l. si quis forte.* 6. § *si quis quos Comit.* 1. *ff. de pœn. l.* 2. § *fin. C. de sport.* Bal. *in l.* 2. *n.* 70. *circa fin. C. de servit.* III. Si aliorum in auxilium suscipiant expeditio- nem, contra illorum subditos rebelles, R. A. zu Augspurg / *de Anno* 1536. §. Deßgleichen soll. R. A. zu Speyer *de Anno* 1526. §. Darauff so haben wir vns. R. A. zu Speyer *de Anno* 1529. §. Dergleichen soll. aliosq; contra pacem publicam Statum aliquem invadentes. R. A. zu Trier vnd Cölln *de An.* 1512. §. Vnd ob jemands. R. A. zu Augspurg *de Anno* 1555. §. Nach dem aber. Propriis vero sumptibus hoc auxilium suscipiunt per mensem, nec ultra, R. A. zu Speyer *de A.* 1526. §. Damit auch. *ibi*, auff jhrẽ selbst Kostẽ/ vñ schadẽ ein Monat lang wider die vngehorsamẽ Vnterthanen beschehen. doch dz in solchẽ Monat der an vñ abzug gerechnet. Würde sich aber solche hülff vber ein monat erstreckẽ vñ verzihẽ/ soll dañ der jenige/ dẽ die hülff beschehẽ were/ 248 249 250

sich

sich mit dem Helffer vmb die Hülff/so er vber den Monat thun vnd erzeigen wird/vereinigen vnd vergleichen/darzu sich der Helffer/gegen dem er geholffen/also leutlich/Freundlich vnd Nachbarlich solcher Hülff halben/halten vnd erzeigen soll/wie er dann von andern in gleichem Fall gern gehabt vnd gethan haben wolt. Quod repetitum invenio im R. A. zu Speyer *de Anno* 1529. §. Damit auch. Et R. A. zu Augspurg *de Anno* 1530. §. Da-
251 mit auch. IV. Si Cæsaris mandato bellum suscipiant contra bannitos Imperii, wann jhnen die Execution wider vnd gegen die Aechter anbefolē/R. A. zu Regenspurg. *de Anno* 1567. §. So hetten wir. Quod conficiunt sumptibus Imperii, si bona banniti non sufficiant, *d.* R. A. §. So haben wir §. Vnd ob wol. R. A. zu Erfurt *de Anno* 1567. §. Aber die von Kreysen. §. Vnd nach dem ferner. §. Als aber in obangesetzten. R. A. zu Speyer *de Anno* 1570. §. Wann auch. His & consimilibus terminis si incluserimus Antonii Fabri mentem *in consultat. de Montis ferrati Ducatu part. 2. p. 265.*
252 Verum erit jamdudum obtinuisse, ut non modò Imperator, sed etiam qui sub Imperatore sunt Principes, bellum possint indicere, dummodò Imperii jura habeant, quomodo habere eos necesse est, qui supremi Principes appellantur. Idque à Principibus Italiæ maximè usurpatum & frequentatum semper fuisse, ut bella moverint pro arbitrio, & pacem etiam inconsulto Imperatore stabilierint. Quod si verò aliter arma à quopiam suscipiantur, notum est in Camera Imperiali mandata avocatoria, contra eundem sub pœna banni decerni, & per nuncios Camerales insinuari, vulgò die gemeine Abforderung/vel ex aula Cæsaria misso feciali einen Kayserlichen Herold/R. A. zu Speyer *de An.* 1529. §. vnd damit an solcher. R. A. zu Augspurg. *de Anno* 1530. §. Wo aber der. Ordin. Camer. *part. 2. tit. 9.* §. Vnnd ob sich. *& seq.* Andr. Gail. 1. *de pace publ. c. 4. n. 1. & seq.* Hactenus de bellicis.

Dux Mediolanens. subditus est Imperio, ideo sine Imperatore bellum no potest indicere. Io. de Imola. consil. 51.

253 Negotia & actus, quæ pacis sunt, in tres digero classes 1. est Justitiæ. 2. Gratiæ. 3. Emolumenti. Ad classem justitiæ pertinent. I. Leges Provinciales condere Landes Ordnung/juri etiam communi contrarias. Knichen *de jure territor. c. 1. n. 179.* Schrader. *de feud. p. 2. non part. Principal. sect. 19 num. 36.* Dauth. *de testament. num. 36. & 86.* Meichsner. *tom 2. lib. 1. decis. 8. n. 47.* Pruckman. *consil. 13. num. 82.* Gail. *de arrest. Imper. cap. 9. num. 1.* * Quæ tanti postea valoris sunt, ut in causarum decisione, inter Provinciales, Camera Imperialis secundum eas pronunciare debeat, Ordin. Cam. *part. 1. tit. 56.* Nisi sanctione speciali Imperatoris aliqua ex illis fuerit abrogata. Arg. der Kayserl. *Constitution* vnd Satzung/wie Bruder oder Schwesterkinder jhres Vatters Bruder oder Schwester

* *Ad hujusmodi legum robur licet Imperatoris confirmatio necessaria non sit, utilis tamen maximè. Besius* de pact. fam. illust. c. 2 p. 38.

verlassen

verlassen Erbschafft unter sich theilen sollen. bis: Wollen wir hiemit auß obberührter unser Kays. Macht vollkommenheit/und rechtem wissen/alle und jede statuta, sondere satzung / gewohnheit/ gebräuch/ alt herkommen unnd Freyheiten/ wo die an einigem Ort dieser unser Kayserl. satzung zuwieder erfunden/allein in obgezeigtem fall cassiret und abgethan haben. Extat inter constitutiones Imperii post Reichs Absch. zu Speyer *de anno* 1529. Monet tamen Schneidevvinus *ad tit*. 8. *lib*. 3. *Instit. pag*. 413. Electorem & Duces Saxoniæ contra hanc constitutionem fuisse protestatos; nec eam recepisse. Aliam suggerit rationem Schurffius *consil*. 37. *cent*. 3. quam plenis velis impugnat Beisius *de pact. famil. illicit. cap*. 2. *p*. 35. *& seq*. junge Berlich. *pag*. 3. *conclus*. 24. *n*. 17. Illud generale est, quod statuta, vel leges provinciales strictam recipiant interpretationem, Moller *part*. 1. *constit. Saxonic*. 27. *n*. 14. Gail. 1. *observat*. 50. *n*. 8. nec per easdem jus commune censeatur correctum, nisi hoc expresse pateat, *arg. l. præcipimus*. §. *fin*. C. *de appellat*. Cæterùm hac potestate condendi jura provincialia ita plerumq; utuntur Principes, ut in conventibus provincialibus in den Landtägen/ consensum der Landständen adhibeant: Matth. Colerus *de process. execut. part*. 1. *c*. 3. *n*. 6. & innuunt hoc præfationes underschiedlicher Landtsordnungen/ & inter illas ea, quæ Constitutionibus Augusti Electoris Saxoniæ præmissa. II. Edicta publicare, öffentlich Mandat und Edict anschlagen und abzehen lassen. III. Pondera, mensuras, ulnasq; certas constituere, gewicht/maß und Ellen geben/Knichen. *d. tr. c*. 4. *n*. 230. Bidenbach. *quæst. nobil*. 7. §. gewicht/ maß. Quorum varietas per Imperium mira est, & quandoq; per unam provinciam multivaria, adeò incautiorum magna deceptrix, planè ut utilissimum foret, quod Carolum Magnum constituisse legimus, parilitatem in toto habere Imperio. Aventin. *lib*. 4. *histor. Bojar. pag*. 87. Carolus V. Idem sibi proposuit in der Reformation guter Policey zu Augspurg Anno 1530. *tit*. von Ellen/ Maß: Weiter ist zu förderung gemeinen nutzes/unnd Teutscher Nation zu auffnehmen unnd gutem/für fruchtbar angesehen unnd erwogen / daß im Heyl. Röm: Reich ein gemein Ell zu allerley Gewandt / auch ein gemein Maß zu Wein/ Bier unnd dergleichen / Item ein gemein Getreydmaß / auch ein gemein Gewicht werde auffgericht/vielerley betrugs und vortheils in kauffen und verkauffen zufürkommen: deßhalben dann auff viel weg / wie solches am besten fürzunehmen/gerahtschlaget. Dieweil man sich aber der Zeit deßhalben nichts endlichs auß vielerley Ursachen hat entschliessen und vergleichen mögen/ist solche sach auff den Tag der fürgenommenen visitation deß Cammergerichts und anderer sachen/ auff den ersten deß Monats Martii gen Speyer geschoben/ also/daß daselbst die verordnete Rähte

Tt von uns/

(Margin numbers: 254 beside "Berlich… vel le-"; 255 beside "plerumq; … in den"; 256 beside "Electoris Saxoniæ … Mandat"; 257 beside "und Edict … ul-"; 258 beside "n. 230. Bidenbach … per"; 259 beside "Aventin. … in")

von uns/ auch Churfursten und Fürsten / davon weiter reden / rahtschla-
260 gen/ und endlich beschliessen sollen. Inter Vngariæ Regni Constitutiones etiam hæc est: Mensura vini & tritici, aliarumq; omnium rerum, item pondera eadem Budensia similiter habeantur in toto Regno: & qui aliâ mensurâ seu pondere utitur, perdat rem mensuratam, vel ponderatam.
251 Franciscus I. & Henricus II. Galliæ Reges obnixè curarunt, pondera omnia & mensuras unam in formam redigendas. Vnde varia Regum Galliæ Edicta *de la reduction des poids & mensures à une forme. Et qu' en France ny aura qu' une forme d' aulue, de longueur de 3. piesds 7. poulces & 8. lignes à toise, qui sera nommeé l' autre du Roy.* Sed frustra hæc tentata omnia, nec ad effectum perducta narrat Choppinus *de dom. Franc. lib. 3. t. 22. num. 2.* In Regno Bohemiæ quid cura Primislai Anno 1268. fuerit introductum docet Georg. Beatus *in Chron. Bohem. p. 41.* IV. Dicasteria provincialia,
262 Hoffgerichte/atq; Scabinatus, Schöpffenstüle erigere. Huic qui adsident vocantur Scabini, Schöpffen. Vocis origo variis doctiorum sententiis maximè obscura redditur, dum alii latinam, alii Hebræam, alii Gallicam,
263 alii deniq; Germanicam volunt. In jure Saxonico, scribit Keckermannus *lib. 1. systém. polit. c. 17. p. 293.* ridicula Scabini derivatio est, videlicet quod Scabini dicantur, quasi Scamnini, quia in scamnis sedeant, cum tamen sit vox Hebrææ originis, à Scaphat, judicavit, Consentiẽtes habet Choppin. *de doman. Gallico lib. 3. tit. 20. n. 4.* Kirchnerum *de Republ. disput. 11. coroll. 1. p. 172.* Cujac. 1. *Feud.* 1. Besold. *de Comitib. & Baronib. n. 7.* ubi addit, indubiè ab eodem verbo esse etiam pœnorum suffetes, id compro-
264 bante Bernh. Aldrete *lib. 2. c. 2. varias antiguedad. fol. 335.* Scabinus, ait Guicciardinus *in descript. Belgii pag.* 81. quæcunq; demum commenta in contrarium possint adferri, vox est meo judicio Gallicana. Latinè dixeris Senatorem. Alii Scabinos dictos volunt quasi Scaffinos, à Scaffen / h. e.
265 intendere, curare: Jacob Meyerus *in annal. Flandriæ, lib. 10. p. 97.* Matthias Steph. *lib. 2. part. 2. de jurisdict. c. 4. n. 50.* Schöpffen dictos putat von schöpffen oder herauß ziehen / cum sæpiùs in jure Saxonico dicantur das Recht finden. Scabinos autem à scateo, Ich quell/oder fliesse herauß. Gryphiander *de Weichbildu Saxonicis c. 64. num. 7.* illos à Saxonico Scheppen/ quod est jubere, monere, deducit. Planè quod communiter improbant Saxonici juris Commentum *in gloss. ad art.* 10. Weichb. quod à scamno, ut retulimus, Scabinos deducit, darumb daß sie sitzen sollen auff der Bänck deß Gerichts / id ego aliquando contrà ita defendebam exercitii causa, quod sedere apud Servium pro consilium capere legeram, indeq; sedentes, consiliantes (quâ voce utitur *l. 12. C. Theodos. de legatis,* Cujac. *ad Novel. 119.*) eos, quos nos Rahtgeber/appellari posse dicebam. Hinc Richter

und Schöppen/ Judex & Scabini, id est, Judicis consiliarii, seu adsessores. Adsidere enim est consulere *l. 9. §. 3. ff. quod met. caus.* Scipio Gentilis *origin. lib. singular. p. 386.* Et jure Saxonico adsessorum vices obtinere Scabinos voluit Schraderus *de feud. part. 10. sect. 13. n. 2.* De horum munere 266
nunc non ago, illud solùm moneo, ut cauti sint & diligentes, cum teneantur ad partis instantiam rationes sententiarum suarum reddere: Arumæus *lib. 2. decis. 1. per tot.* Ad classem gratiæ refero I. generaliter, pri- 267
vilegia, quæ subditis & in territorio suo versantibus dare possunt: Gail. 1. *de pignorat. c. 6. num. 10.* Gœdd. *in responso juris de restit. Baronat. Vallend. n. 286. & seq.* II. Jus pœnas, etiam capitales, rem ttend i, R. A. zu Speyer 268
de Anno 1526. §. Es soll sich auch. Thom. Michael *de jurisdict. conclus. 76. lit. b.* Bidenbach. *quæst. nobil. 7. vers.* abforderung oder nachlassung der straffen/ Reinking. *d. tr. lib. 1. class. 5. c. 6. num. 24.* Hoc Principes Germa- 269
niæ sibi vendicare ex consuetudine hominum memoriam superante, & ex eo asserere scribit Knichen. *de Sax. non provoc. jure, vers. Ducum. c. 5. n. 470.* cum damnatis neq; per viam simplicis querelæ, nec appellationis succurratur. Vbi verò appellatio cessat, jus indulgendi & remittendi radicatum videtur. Olim de jure civili, hoc Principis, nec alterius cujus- 270
piam, nisi populi fortassis proprium fuisse innuunt *l. 4. l. 9. §. 11. l. 2. in pr. ff. de pœnis. l. 1. §. ult. ff. de quæstion. t. t. ff. & C. de sentent. passis & restitutis.*
Ita tamen, ut & aliis idem à Principe vel populo datum quasi privilegii 271
loco liceat inde colligere, quod Romæ Vestales eo jure usæ fuerint, ut si fortè in aliquem, qui ad capitale deducebatur supplicium, incidissent, in publicum prodeuntes, sontem liberaverint, jurejurando prævio, fortè fortunâ se, non datâ operâ, intervenisse: Plutarchus *in Numa. tom. 1. oper. p. m. 119.* Eandem in rem notabile est Privilegium Judæorum, quorum 272
ad instantiam, Præses Romanus in festo Paschatos facinorosorum aliquem, quem elegissent, tenebatur impunem dimittere & liberum: Matth. *27. vers. 15.* Marc. *15. vers. 6.* Lucæ *23. vers. 17.* Johan. *18. circa fin.* Hodiè Cardinalium privilegium, cujus Bald. meminit *in l. ad dictos. C.* 273
de appellat. Ludovic. Caret. *pract. crimin. tit. de homicid. vers. circa itaque secundum num. 7. & 8.* esse dicitur, ut si obviam fiant illi, qui ad supplicium ducitur, impositione pilei sui immunem à pœna constituta faciant. Et addunt alii, Comitibus atque Baronibus in Germania idem 274
competere privilegium. Zas. *ad §. pœnales. 12. n. 32. Instit. de act.* Sichard *ad. l. quicunque. 4. num. 43. C. de servis fugit.* Leheman *ad tit. 5. Aurea Bulla conclus. 4. quæst. 1.* De Neustriæ Duce Wilhelmo conquestore legimus, quod Anglico in Haraldum Regem prælio victor, Cœnobium D. Martino, quod de bello dixit, eo loco consecravit, addito insigni hoc privilegio, ut si quis latro vel homicida, vel alio crimine

reus, timore mortis fugiens, ad hanc Ecclesiam pervenerit, in nullo lædatur, sed liber omninò dimittatur. Abbati verò ipsius Ecclesiæ liceat ubiq; latronem, vel furem de suspendio liberare, si fortè supervenerit:
275 Choppinus *de doman. Franc. lib. 2. tit. 7. num. 11.* Consimile privilegium Episcopo Genevensi datum fuit, ut, quemcunque juberet, etiam post latam sententiam, is ab ipso loco supplicii retraheretur, & liber esset. Memorabile etiam est, quod Rothomagensis Ecclesiæ Canonici jam inde à D. Romani tempore concessum observant, ut pridie diei, quem in hanc rem festum colunt, ex facinorosis hominibus, qui tunc captivi detinentur, sceleratissimum sibi dedi postulent, quem ut audiverunt confitentem, & ad vitam emendandam admonuerunt, publicis ceremoniis tùm in templo, tùm in foro contiguo, magnificè adornato, ab omni supplicio immunem pronunciant. Jan le Taylon *in histor. Nor-*
276 *mannor.* Arnisæus *de majest. lib. 2. cap. 3. num. 6. pag. 263.* Verùm meritò generalitatem horum privilegiorum, dum videlicet exactam inter crimina, pœnasque distinctionem haud faciunt, atro notamus carbone. Nec sine ratione olim de jure & fundamento privilegii Cardinalium dubitavit Castrensis *in l. addict. C. de episcop. audient. in fin.* Barb. *in tr. de præstant. Cardinal. num. 9. q. 1.* Ant. Cors. *in sing. verb. Cardinalis.*
277 Vti & nostris Principibus suasor fuerim, ut in remissione, capitalium præsentium, pœnarum magnâ utantur circumspectione, eamque nec ad quælibet delicta, nec quaslibet extendant ad personas. Ne scilicet terminos potestatis suæ excedant summo Reipubl. detrimento, nec ansam delinquendi indistinctè præbeant subditis. Pauca mihi delictorum videntur dari posse, quorum pœnam in totum Principis arbitrio adeò cognatam existimem, ut eam immunitate plena tollere valeat. Generale enim illud est, impunita maleficia esse haud oportere *l. 51. ff. ad l. Aquil.* idque vigorem publicæ disciplinæ postulare *l. 9. §. 5. ff. de public.* Contra varias delictorum circumstantias agnosco, quæ Principem movere debent & possunt, pœnas ut temperet, aut alteratione aliqua imminuat. Delicta omnia aut fiunt contra jus
278 naturale, gentium, divinum, aut civile. Quæ contra jus naturale fiunt, ipsa natura dictante pœnam merentur. At cum qualitatem pœnæ hisce in delictis jus naturæ expresè vix constituisset, quælibet gens demùm, populus vel civitas hanc vel illam determinavit, quæ ut arbitrii priorum fuit, ita & hodiè ejusdem in terminis permansit hactenus, ut eam immutare superiori liceat, eò tamen usq;, ne planè delicta maneant impunita.
Hoc

Hoc enim si fiat, aut ex conniventia est, aut ex remissione, quorum utrumq; in delictis contra naturam vitiosum. Delictis contra jus genti- 279
um, hoc est, gentium quasi mutuo & uniformi consensu damnatis, impunitas rectè haud dabitur ab eo, cui nocens subditus. Unde rectè Q. Mutius eum, qui legatum hostium pulsasset, illis dedendum solitus est respondere *l. ult. ff. de legat.* quod à Romanis factitatum legimus apud Valerium Maximum *lib. 6. cap. 6. p. m. 338.* Quæ divinis legibus impro- 280
bata delicta sunt, ea aut contra ipsum Deum principaliter, aut contra proximum committuntur. Prioris quæ sunt generis, veniam merentur nullam. Huc refero blasphemiam, de qua rectè in Reformatione guter Policey zu Augspurg *de Anno* 1530. auffgericht/*tit.* von Gotteslästerung pronunciatum, daß solches der beschwerlichsten Ubel eins / dadurch Gott der Allmächtige nicht allein gegen denen Ubelthätern / sondern auch den Obrigkeiten / die solches zu wehren schuldig seind / und gedulden / zu den Wercken deß zorns und erschrecklicher zeitlicher und ewiger Straffe bewegt wird. Unde etiam eàdem Constitutione probè introductum; Würde aber 281
eines Fürsten/Graffen/Herren/Commun/ oder eines andern Amptman/ deßgleichen die von Adel / oder andere / die OberGericht haben / und Geschenck/ Gab oder Gunst/ die jenigen/ so jhm angegeben/ oder er befunden hett/ daß Gott von jhnen gelästert worden / wie obsteht / nicht straffen / sondern solches untertrucken und verbergen/ sollen dieselbe Ambt, Edel, und andere Leut/ durch jhre Obrigkeiten/ als die Landtsfürsten/ Graffen/ Herrn/ oder Comunen/ alsbald sie das erfahrē/ernstlich gestraff'/werdē darmit jhr mißfallen darinn scheinbarlich vermerckt werde. So auch ein Fürst/ Graff/ Herr oder Commun/ dieselbe jhre Ambtleut oder Unterthanen/ auch nicht straffen/ oder die Lästerung selbst thun würden/ soll gegen den oder denselben unser Kayserlicher Fiscal umb jhrē Ungehorsamb/ als Verhänger / oder selbst Thäter derselben Gottslästerung / wie sich gebührt / *procediren.* So aber die Obrigkeit die obgemelte Gottslästerung zustraffen nicht vermöcht / alsdann soll sie solches unsern Kayserlichen Fiscal/ bey Pön zehen Marck Goldes anzeigen/ wider dieselben soll unser Fiscal / wie sich gebürt/ ernstlich procediren. Contra proximum quæ fiunt delicta, jure divino notata, graviora illa sunt I. homicidium. De quo ita statutum Exodi. 282
21. *vers.* 12. Levitici 24. *vers.* 17. qui percusserit & occiderit hominem, morte moriatur. Inde ergò vix est, ut pœnæ remissioni locus sit. Et peccat homicida multivariam varias in leges. Contra jus naturæ, quod inter nos constituit cognationem, hominemque homini insidiari nefas esse agnoscit. *l. 3. ff. de I. & I.* Contra divinas leges, dum Dei imaginem, quæ homini impressa, quam venerari conveniens erat, lædit atque inju-

riâ afficit. Contra Civilia jura, dum civitatem, cujus hominum numero ampliatam esse inter est *l. 7. §. 3. ff. de bon. damnator.* cive spoliat ac membro. Hanc autem in naturam, DEUM, & civitatem, injuriam qui posset Princeps naturæ subditus, Dei Minister, *Rom. 13. vers.* 4. Reipubl. Administrator, remittere? Quod si verò hæc & alia consimilia remiseeit, certam habebit, quam ipse audiet, sententiam: quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima ejus, *3. Reg.*
283 *20. vers.* 41. II. Adulterium, quod ipsum quoque lege Dei capitale habitum & ultimo supplicio vindicatum, *Levit. cap. 20. vers. 10.* Deuteron. *cap. 22. vers. 22.* Idem Jure Civili Romanorum constitutum, quando sacrilegos vel temeratores alienarum nuptiarum gladio puniendos Imperatores voluerunt, *§. item lex Iulia I. de publ. Iud.* His & congeneribus casibus Princeps de alieno benignus esse jure haud poterit, eamque remittere pœnam, quæ DEO, cujus judicia exercet, debetur. Arnisæus *de jure majest. dict. loc. pag. 264.* Ita probandus ut planè & temerarius fuerit Casimiri Magni Polonorum Regis conatus, qui sanctione speciali corrigere voluit rigorem legum divinarum *lib. 1. statut. Po-*
284 *lon. cap. 15. artic. 6. l. 7.* Si quæ verò alia supersunt delicta, quæ non naturâ, non lege divinâ sed humanâ atque civili tantùm, pœnam merentur, & præcipuè talia sunt, quæ contra solum Principis jus & personam ejus commissa sunt, in illis remissionem Principi concedimus meritò, argum. *l. un. Cod. si quis Imper. maledix. l. 2. Cod. de rebus creditis, c. inter querelas. 23. quæst.* 4. Quod si contra securitatem publicam, vel ipsius in Reipubl. detrimentum scelus patratum sit, aut privati cujuspiam in damnum, absolutioni Principis locus non est, ni fortè Reipubl. Proceres, aut damno affecti consentiant, causaque prægnans Principes ad gratiam inducat. Augustus non nisi unum Castritium, per quem de conjuratione Murenæ cognoverat, è reorum numero eripuit, ac ne eum quidem antea, nisi precibus exorato coram judicibus accusatore: Sueton. *in Augusto.* Elegans est Tullii Romanorum Regis, de Horatii paricidio discursus, apud Halycarnass. *lib. 3.* Neque, inquit ille, cæde absolvere eum, qui fatebatur à se sororem indemnatam occisam, præsertim ea de causa, ob quam leges quenquam occidi vetabant, benè factum arbitrabatur, ne diras & piaculum ejus, qui cædem patrarat, in suam familiam converteret: neque etiam præclarum putabat, ut parricidam, interficere eum, qui pro patria caput suum periculis objectare non dubitarat, & qui tanti Imperii accessionis sibi auctor fuerat: Tandem optimum factu judicavit, ejus rei cognitionem popu-
lo

lo permittere, à quo cum absolutus fuisset: Rex arbitrabatur non sufficere iis, qui pietatem erga Deos custodire velint, tale de illo homine judicium: sed accersitis Pontificibus, jussit Deos & genios placari, & lustrari hominem lustrationibus, quibus solent cædes non voluntariæ expiari. Quod exemplum Ethnici hominis propterea adducere constitui, ut videant Christiani, quantum sanguinem humanum æstimaverint, quantaque cautione in absolvendo homicida usi fuerint illi, quibus lux naturæ tantùm monstraverat decorum, cætera legis divinæ nescii. Læsi consensum propterea requiro, ne remis- 285
sione hunc citra perfecta, huic præjudicium fiat, eique videatur denegata justitia. Explicante Aristotele 5. *Ethic. cap.* 7. (secundùm distinctionem Johannis Bernhardi Fabriani) justitia commutativa, ad quam etiam pœnæ pertinent, nihil est, quàm æqualis divisio lucri & damni, & injuria ex contrario, quando alter plus habet lucri, alter plus damni. Hanc igitur injuriam, cum sit inæqualis, ut judex æquet, propterea aditur. Nam hic percussus est, ille percussit, hic interfecit, ille interiit, affectio & actio in partes non æquas divisa est, sed judex de lucro detrahens, damno redigere ad æqualitatem eos debet, quod nisi fiat, conqueruntur homines, suæque injuriæ satisfactum negant. Arnisæus *dict. loc. num.* 6. *pag.* 271. Hinc etiam est, quod summus quoque in Imperio nostro Princeps, invito actore, seu offenso haud possit bannitum absolvere: (Der Königliche Landfried zu Wormbs *de Anno* 1495. *titul.* Welche umb Friedbruchs willen in die Acht kommen: *ibi:* Und welcher oder welche also durch verwirckung/ wie vor unnd nach stehet / in die Acht kommen / die sollen auch von uns davon nicht absolviret werden / dann mit Willen deß Beschädigten / der oder die brächten sich dann mit Recht darauß) nec effectum banni suspendere: Mynsing. *cent.* 5. *observat.* 11. Gail. 2. *de pac. publ. cap.* 18. *num.* 16. Petr. Friderus 1. *de processſ. Cam. cap.* 27. *n.* 1. Otto Melander *in comment. ad Noa Meureri processſ. Camer. part.* 2. *tit* von dem Proceß der Acht / sonderlich wider die Landt-Friedbrecher. *num* 85. *pag.* 437. Hactenus quæ dixi, de notoriis confessatis, aut probatis delictis, intellecta volo: In reliquis enim admitto Divi Trajani rescriptum, satiùs esse, impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnare, *l.* 5. *in pr. ff. de pœn.* Variæ autem causæ Principem pœnarum ad remissionem movere possunt, & quandoq; etiam debent. De quibus dum fusiùs alii agunt, multas, quę aut exigui ponderis, aut quæ omnib. non cōveniunt delictis, consarcināt. Dacis tantùm, exemplū alii ut habeant, impræsentiarū examinabo. Chassan. *in consuetud. Burgundiæ. tit. des justices.*
Soaretz.

286 Soarez *in addit. ad Gomez. tom. 3. var. reſolut. cap. 13. num. 33.* Nevizan *lib. 4. Sylvæ nupt. num. 33.* & alii de facto & jure teſtantur, alicubi receptum, ut ſi puella nobilis, vel meretrix etiam, furem, aut alium morti deſtinatum candidatum, in matrimonium petat, eum hâc interceſſione à morte liberari. Rationes, ſi meretrix intercedat, habent duplices. Prima eſt: quod per matrimonium condemnato major imponi videatur pœna, quàm per mortem ipſam. Deinde, quod hâc ratione anima meretricis poſſit ſalvari, ſi à meretricia conſuetudine hoc per matrimonium reducatur. Quod ſi honeſta quædam intercedat, rationem unicam ponunt, favorem matrimonii. Mihi neutrum horum ſufficiens videtur, & ex parte rationes ridiculæ. In omni enim remiſſione pœnæ, hæc ut
287 concurrant ſtatuo, 1. Delictum ut tale ſit, quod poſſit remitti. 2. Perſona delinquentis ut potiſſimam remiſſionis cauſam præbeat. Quorum unum ſi deficiat, difficilis ſum, remiſſioni ut locum concedam, niſi fortaſsis unico iſto caſu, quo utilitatem & quietem publicam potiùs, quam delinquentis perſonam primariò in conſiderationem ducimus. Uti enim quandoque meliùs eſt, ut pereat, unus quàm unitas, ita quoque caſu e-
288 mergente conſultius eſt, ut ſervetur unus, ne unitas periclitetur. De fure ita ſtatuo, poſſe ei Principem pœnam capitalem, quæ hodiè ferè ubiq; recepta eſt, alterando ita remittere, ut in pecuniariam, aliamque convertat. Hæc enim & ſacris & civilibus legibus primùm huic delicto conſecrata, *Exod. 22. v. 4. §. pœna. 5. Inſtit. de obligat. quæ ex delicto naſcuntur. l. 50. in pr. ff. de furtis. Novell. 134. c. ult. Novell. Leonis 105.* At impunitum furem ut dimittat in totum, vix conceſſerim. Eſt enim furtum naturali lege turpe & prohibitum *l. 1. §. 3. ff. de furtis. l. 42. ff. de V.S.* Ergò puniendum. *l. 1 §. 1. ff. ſi, qui teſtam. liber eſſe juſſus.* Nec quicquam meretricis
289 hoc contra jus operabitur interceſsio. Quemadmodum enim meretrix delictum hoc, tale ut non ſit, ſed factum laudabile fiat, nequit effectum dare, ita nec pœna ut remittatur, vel ea in præmium ut convertatur, cauſa eſſe poterit. Hoc credo, humanitatis ratione omnem pro eo, qui ad ſupplicium ducitur, provocare poſſe, ut audiri debere, etiam damnato invito & perire feſtinante *l. 6. ff. de Appellat.* At meretricem, quà talis, maritum tantum furciferum ut nanciſcatur, provocantem, vel intercedentem audire, nec humanitatis, nec honeſtatis patitur ratio. Miſeræ enim & odioſæ hæ potiùs ſuâ levitate, dum ceu cloacæ quædam publicæ promiſcuas excipiunt libidines, quàm miſerabiles, quicquid etiam fingat, vel pingat, Menochus *de arbitrar. jud. quæſt. cap. 66. num. 25.* Vincent. de Franch. *deciſ. 233.* Quod ſi verò hoc in favorem admiſerimus meretricum, nihil futurum erit facilius, quam ut delicta maneant impunita, contra.

d.l.51.

d. l. 51. ff. ad l. Aquil. quàm ut contaminari gaudia, lætitiamq; communem, sed & securitatem publicam imminui, si hi dimittantur, animadvertamus, *l. 3. C. de Episcop. aud.* quam ut sententia non sortiatur effectum, quam ut judicia fiant elusoria. Nihil erit frequentius, quàm ut vel proprio motu, vel ad instinctum complicum, ne communem hi videantur deserere causam & socium, ad exemplum Carfaniæ, improbissimæ istius fœminæ, notatæ in *l. 1. §. 5. ff. de postuland.* inverecundâ postulatione, aut intercessione Magistratus inquietetur. Et si meretricis hoc connubium tanti æstimandum primò, etiam posteà si fuerit gratia Principis contractum, non nimoris futurum est efficaciæ. Unde si rursus is, qui ex fure maritus, ex marito fur fiat, intercessio uxoris eundem à patibulo eximium sistet, & muliebrem in favorem hic noster harpax privilegiatus ubiq; picatas exercebit manus. Si intercessionem mulieris insuper hoc habendam casu dixeris, periculum erit, ut hæc marito orbata ad primarum libidinum vagam redeat consuetudinem, & animam, quam primâ intercessione ad salutem deduximus, alterâ repulsa ad perniciem reducamus. Nimirum ita est, ut facillimè canis ad vomitum redeat, & fera bestia aliquantulùm cicurata tuam evadat custodiã, primævæ libertatis æmula, animum revertendi deponat. Quàm verò difficilè sit, ut credam meretricem nuptam mores, quos antea in habitum convertit, deponere, **das auß einer argen Hure ein fromb Eheweib werde/** verbis non valeo satis exprimere. Idq; faciliùs agnosco futurum, ut quam ante matrimonium meretricem, in matrimonio adulteram habeamus, & eum, quem antequam maritus, collo restim, nunc capite cornua, gerere videamus vel esse lenonem. Quam probo verò hæc metamorphosis Reipubl. sit spectaculo, quilibet æstimaverit. Planè quod de tutoris satisdatione dicitur, *in §. ult. Instit. de suspect. tutor.* quod hæc propositum malevolum non mutet, sed diutius grassandi in re familiari facultatem præstet; illud paululùm immutatis verbis, sententia utrobiq; vera huic nostro accommodari poterat. Meretrices autem ut ad meliorem reducantur frugem, alia prostant remedia. Pœna & coërcitiones hoc efficere valent, ut & ergasteria, aut monasteria, iis si includantur. Honesta, & bonis prædita moribus, suspendiosum suo ductu 190.
haud facilè in maritum postulabit. arg *l. un. §. 2. C. de raptu virgin.* verecundiæ autem cultum *l. 20. C. de nupt.* si spreverit, à judice potiùs admonenda, intercessione ut desistat, & honestate morum alium sibi quærat maritum. Honor matrimonii favorq; maximus quidem est, at haud talis, ut pœnas, nervos istos Reip. tollere validus sit. Si puellæ, ut maritum nanciscatur, hoc juris tribuimus, quidni uxori, quam fur habet

idem tribuemus, ne concordans fortè ſolvatur matrimonium? ne quos Deus conjunxit, homo ſeparet? Vana hæc omnia, & pœnas nequicquam tollere apta.
300. Alterum, quod nonnulli ad remiſſionem pœnæ allegant, iſtud eſt, ſi fur rupto laqueo de patibulo decidat vivus. Pro ratione utuntur I. dubiam eſſe hanc quæſtionem, nec jure civili deciſam. At in dubiis benigniorem arripiendam eſſe ſententiam, *l.56.l.192.* *§.1.ff.de R.I.* Benignior autem hęc interpretatio ut abſolvatur reus quàm ut condemnetur, *l.5.ff de pœn. l.47.ff.de V.O.* II. Poſt ſententiam, & concluſionem in cauſa criminali, ſemper ad probandam rei innocentiam novę probationes & præſumptiones recipiendæ ſunt. *l.18.§.9.* *ff. de quæſtion.* Hippolit *in pract. §. occurrunt. num.3.* Weſenbec *in parat. de probat. num.9.* At caſu noſtro, ruptura, ſi non probatio, ſaltem præſumptio momenti non exigui erit pro reo, Dei potiùs omnipotentis, quàm voluntate hominis ſervato. *arg. l.32. ff. ad l. Iul. de adult.* Arumæus *diſput. pandect. 24. th. 7.* III. Non rationi, nec æquitati conveniens eſſe videtur pæna, ut excedat ſententiam, proindeque qui ad ſuſpendium condemnatus, ſe ſuiſuſpendio haud afficiendus. IV. Plus mali, plus dolorum in metu ſtrangulationis, quàm in ipſa ſtrangulatione. Imò funis collo circumductus omnem ſenſum auffert, ita ut ulteriùs nullum cruciatum corporis ſentire poſſit ſuſpenſus, ut ſic verè eũ ſtrangulatũ dicere poſſis, cui ex ſtrangulatione nullus cruciatus reſtat. V. Pœna cœpta habenda erit pro completa; Gerhard. *exercitat. Iuſtinian.*
301. *decad. 17. ad finem.* Hæc & alia matura licet mecum perpenderim conſultatione, nunquam tamen tam efficacia potui deprehendere, ad ea ut facerem acceſſum. I. Neminem in criminalibus condemnandum ſtatuo, niſi vel teſtibus idoneis, vel apertiſſimis documẽtis, vel indiciis ad probationẽ indubitatis & luce clarioribus, fuerit cõvictus, *l.ult.C.de probat.* *Quand' il y a de la vie d' un homme qui fait une partie du monde, qui par fait le nombre des choſes animées, il ne faut pas, que le juge precipite ſes jugements, ce qui eſt deffait, ne ſe peut plus refaire. Il eſt fort aiſe de faire desloger une ame d'un corps, mais pour la faire revenir, & luy rendre ſes ailes c' eſt un œuure, au dire de Platon, de pluſiers milliers d'années:* Pierre Matthieu *en l'hiſtoire de Henry 4. livr. 5. narrat. 4. p. 300.* Quando hominis de vita agitur, qui partem mundi conſtituit, qui numerum auget rerum animatarum, non debet judex præceps in ſententiam ruere, qui ſublatus ſemel, amplius reſtitui nequit. Haud difficile eſt animam corpore ejicere, verùm ea ut reveniat, & ſuas recipiat alas, opus eſt, Platonis ex mente, aliquot millenariorũ.

Gail. 1. de P.P. c. 15. num. 5.

Nulla unquã de morte hominis cunctatio ſera eſt. Iuven. ſat.6.

Hoc

Hoc si observaverit judex, uti debet, difficile erit, post condemnationé, & ipsam executionem sententiæ aliquid ut exurgat, ipsum quod moveat, sententiá ut suspendat, vel retractet. Cum enim luce clarioribus ex fundamentis reus justè condemnatus quomodò obscuris ex præsumtionibus, quæso liberandú eum affirmabis? Aut si obscuras has non dixeris, sed evidentes, velim ego scire, an contra lucem claram, clarius quid possit produci. Obscurum autem, imò nullum laquei rupturam innocentiæ esse argumentum, inde colligo, cum qua ratione certus esse possim, hanc non magicâ quâdam arte, sed divino miraculo perfectam, non videam. Accedit carnificis dolus, infirmitas funiculi, corporis pondus, quæ & ipsa rupturæ causam præbere possunt Et ut maximè dixeris, hæc si adpareant, remissioni pœnæ locum non esse; tamen contra dicá, non semper hoc adparere, nec si quidem imbecillitas funiculi adpareat, firmiter inde colligi, suspendiosum non esse aliquâ divinâ, sed carnificis culpâ ita liberatum. Quid si enim Deus, qui causis utitur secundis, insontem ut liberaret, carnificis excœcarit menté & oculos, ut infirmú pro firmo agnoscerit? Quod si verò magistratus certus non est, rectè an sontem, justéque ad furcam condemnaverit, sed demum non rupto laqueo, divinum consensum, & judiciis approbationem inde velit & debeat colligere, malè illi sibi consulent, qui ne miraculosa reprobatio latæ sententiæ contingat, pro funiculo catena utuntur. Poterit quidem superna ista manus, si velit, & catenam scindere, poterit & furcam in testimonium innocentiæ ejus, cui addicta, prosternere, sed tamen poterit & ante sententiam animum & sensus judicis illustrare, ut innocentem absolvat, nec præsentissimo involvat periculo. De hoc certi esse possumus, si pateat, judicem convictum apertissimè de crimine, sontem capitali damnasse sententia, insontem absolvisse, de illo incerti ubique erimus, an divinâ manu an Diaboli artificio contigerit.

II. Formula sententiæ, daß er soll an den Galgen mit dem Strange / oder Ketten / vom Leben zum Tode gerichtet werden / quæ in der Peinlichen Halßgerichts-Ordnung Caroli V. artic. 192. satis innuit contrariæ non esse locum sententiæ, Et malè pullatam plebem, ruptura laquei si contingat, acclamare, Der arme Sünder habe sein Recht außgestanden. Etenim cùm nondú enecatus hic appareat, sed vivus, & spiritum ducens, ad complementú sententiæ latæ nondum hic perventum. Ejus ergò ad normam, ut moriatur condemnatus, ruptura, & casu insuper habito, de novo suspendendus, & arctius catenæ aut la-

quei arresto constringendus, sententia ut semel probè lata suum sortiatur effectum. Quod dum in illo, cui gladio amputandum caput, observamus, sc. ut maximè primus vel alter ictuum, sententiæ finem non acceleret, repetitâ tamen voce eò usq; procedatur, donec separatio capitis reliquo à corpore contingat, quidni in suspendioso idem dicamus? Nec obstant in contrarium adductæ rationes. I. enim dubium hìc nullum, si clausulam sententiæ intuemur, hunc nostrum de novo suspendendum. Dubium nullum, an pœnam idem mereatur, cùm luce clarioribus ex fundamentis de crimine convictus sententiam audierit. Hoc enim citra si foret casum, in dubio judex ipse sententia reum non condemnasset, sed absolvisset, benigniore usque interpretatione. II. Rectè facturus est judex, si accusatos, deque crimine delatos non patiatur opprimi subitis accusatorum criminibus, sed tempus constituat idoneum, quò innocentiam suam deducere valeant; exinde defensionem reo postulanti quocunque tempore non deneget, sed propterea quoq; differat & proferat custodiam, *d. l. 18. & §. 9. ff. de quæst.* Nullum enim indefensum & inauditum condemnare debet, sed eum demum, qui vel testibus idoneis, vel apertissimis documentis, vel judiciis ad probationem indubitatis, & luce clarioribus, fuit convictus, *d. l. ult. C. de probat.* Hunc verò si condemnarit; sententiâ latâ, nihil restat amplius, nisi executio, nec quicquam pro innocentia ad defensionem rei amplius poterit produci, cùm luce clarius de ejusdem nocentia constiterit. Aut si quid produci possit, si majoris ponderis non fuerit, quàm laquei ruptura, executionem cœptam ut suspendat, per modò dicta validum haud erit. Nulla enim sequela est, laqueus ruptus, Ergò divino miraculo. Ideoq; sive protestatur post lapsum fur de suâ innocentiâ, sive non, absolvendus erit minimè. Quî enim posset de suâ innocentiâ protestari, quem nocentem evidentissimè judex deprehendit? Ei quomodo posset nocere non interposuisse protestationem, qui attonitus ope & miraculo divino, ut adversarii volunt, innocens declaratus, scilicet uno casu protestatio nihil operaretur, altero non esset necessaria. III. Negamus hìc pœnam excedere sententiam, aut sesquisuspendium pro uno suspendio perfici. Unum enim erit suspendium cum effectu scilicet illo, quem usitata ingerit sententiæ formula, daß der Dieb an den Galgen mit dem Strange vom Leben zum Todt solle gerichtet werden. Quemadmodum & uno pro actu ictuum multitudinem habemus, quâ qui capite damnatus, quandoque perit. IV. In pœnis non solum ad dolores & cruciatus, præsertim verò illos, quos sibi quilibet mortis propter horrorem procurat, respicimus, sed
& ad

& ad exemplum, ut pœnæ similitudine deterreantur alii à delictis. Quod posterius, nisi effectum sortiatur sententia, haud licebit obtinere. Illud largior, si sententia dicis tantum proferatur causa, magnam concepti timoris haberi rationem, at casu nostro, quo ad suspendium damnatus vom Leben soll zum Todte gerichtet werden/ nec timor nec tremor sontem à morte liberabunt. Nec sufficiet eum suspensum fuisse, nisi morte suspendium fuerit consummatum. Uti nec strangulatus ad normam sententiæ dicendus ille, cui vitæ amplius superest usura. V. Sententia non cœptam tantùm, sed & perfectam desiderat pœnam. Mortem scilicet veram, nec imaginariam, aut mortis timorem, sententia urget, cui executio ex asse debet esse conveniens.

III. Gratiæ, & pœnarum remissioni, connexa est famæ seu existimationis restitutio, redintegratio atq; concessio. Nonnullis enim Principes famam restituunt amissam, nonnullis famam concedunt, quam nunquam antea obtinuerunt. Famæ vox ambigua est: Propriè enim fama illa Dea excitans sermones populares, & variè differens mille linguis, cum veris falsa promulgans, eademque quoties videtur recantans, quam nostri famam, vocemque publicam appellant. De qua egregia opera scripsit Marquardus Freherus *in tractatu de famâ publica.* Et multa collegit Mascardus *vol. 2. de probat. conclus. 748 & aliquot seqq.* Aliàs fama de homine dicitur existimatio, & censura quædam cujusq; ex ipsis illis sermonibus, judiciisq; populi profecta, qui planè ut multarum rerum, ita famæ etiam & existimationis nostræ dominus est, Freherus *de existimatione acquir. conserv. & amittend. lib. 1. c. 1. num. 1. p. 2.* De homine sumptam famæ vocabulum ex illorum est censu, quæ *μέσα*, seu media ab aliis, & à JCto *in l. 1. §. 1. ff. de servo corrupto*, dicuntur, quæ communem ad bonum aut malum, honestum aut turpe, prosperum aut calamitosum habent significatum: Jacob. Curtius *lib. 3. conjectur. c. 11.* Dicimus enim bonam aut malam famam, secundam & adversam, probam & sinistram, integram & diminutam: & quidem ut alterutram qualitatem plerunq; addamus, quia famæ nomen per se ambiguæ significationis est, quod etsi in bonam partem sæpius accipiatur, potest nihilominus, cum res postulat, in seciorem sumi. Freher. *d. l. n. 2.* Atq; hujus intuitu famæ adjeci existimationis vocabulum, quo JCti nostri utuntur. Illa potissimùm duplex est, Legis & hominum; prior Juridica, altera varia & haud rarò priori minimè conveniens, dum alii, quem in existimatione habent, quem non itidem leges, aut contra non existimatione, sed diffamiâ onerant, quem leges integrum agnoscunt. Describitur existimatio à Callistrato *in l. 5. §. 1. ff. de extraordinar. cognit.* 302.

dignitatis illæſæ ſtatus legibus ac moribus comprobatus, qui ex delicto
noſtro authoritate legum aut minuitur aut conſumitur. Minuitur
exiſtimatio, quotiens manente libertate, circa ſtatum dignitatis pœna
plectimur: Sicuti cum relegatur quis, vel cum ordine movetur, vel cum
prohibetur honoribus publicis fungi, vel cũ plebeius fuſtibus cæditur,
vel in opus publicũ datur, vel cum in eam cauſam quis incidit, quæ edi-
cto perpetuo infamiæ cauſa enumeratur. Conſumitur verò, quoties
magna capitis minutio intervenit, id eſt, cum libertas adimitur, veluti
cum aqua & igni interdicitur, quæ in perſona deportatorum venit, vel
cum plebejus in opus metalli, vel in metallum datur. Quibus addi haud
malè poterunt banniti pro aliquo delicto, ſeu ex cauſa famoſa & cri-
mine publico. Freherus *d. tr. lib. 3. de infamia. cap. 4. num.* 20. His
& conſimilibus modis ſi quis vel famæ imminutionem, vel jacturam
paſſus ſit, territorii Princeps, an imminutam redintegrare, & ſubla-
tam reſtituere valeat? in quæſtione eſt; æquè ac illud, an cujus nulla
exiſtimatio à primo lucis ortu, ſeu diffamia fuit (cujus exemplum
ſpurius erit, ſi eum cum Doctoribus nonnullis in, famem dixerimus)
aliqua demum benignitate Principis poſſit fieri. Ad prioris affirmati-
vam Mingius *d. tr. th.* 74 quod & alii faciunt, allegat Reichs Abſch. ed *de*
303. *Anno* 1526. zu Speyr §. Und wiewol der gemeine Mann und Undertha-
nen in vergangener Auffruhr ſich etwas ſchwerlich vergeſſen / unnd gegen
jhrer Obrigkeit gröblich gehandelt / Jedoch damit ſie die Gnade vñ Barm-
hertzigkeit jhrer Obern und Mittlern / dann jhr Vernünfftige That unnd
Handlung / ſpürẽ mögen / ſo ſoll ein jede Obrigkeit Macht und Gewalt ha-
ben / jhre Underthanẽ / ſo ſich in Gnad und Ungnad begeben / und geſtrafft
worden ſind / nach gelegenheit und jhrẽ gefallen widerumb in vorigen ſtand
jhrer Ehren zu ſetzen / zu qualificiren und geſchickt zumachen / Raht vñ Ge-
richt zubeſitzen / Kundſchafft zugeben / und Ampt zu tragen / darzu ſie unnd
andere in jhren Anligen unnd Beſchwerden jederzeit gnädiglich zuhören /
und nach geſtalt der ſachen gnädiglichen vñ förderlichen beſcheid zugeben.
Verùm textus ille potius oppugnare illorum videtur ſententiam. Nec
enim aliud verba, (es ſoll ein jede Obrigkeit Macht und Gewalt haben /)
innuunt, quàm ſpecialem & novam permiſſionem reſtituendę famæ.
Quod ſi ergò jure territorii iſthæc reſtitutio Principibus competens,
quid opus hac conceſſione? Poterit hoc non neminé Bartoli in ſenten-
tiam, in qua tamen quodammodo nutat ipſe *in l. 1. § de qua re ff de poſtul.*
& in l. infamem. n. 13. verſ. quæro quis poſſit ff. de public. judic. pertrahere, niſi
animadverterit, ſubditos rebelles contra ſecuritatem & pacem publicã
egiſſe, atq; ita infamiam paſſos eo ex delicto, quod remiſſioni domini

terri-

territorii subjectum non erat, indeq; ab eodem famæ restitutionē frustra expectasse. Deinde, ut maximè jure territorii etiam hoc casu rebelles famæ potuissent restituere Principes, ea tamen restitutio cujuslibet tantum in Principis ditione, non per totum Imperium proficua restituto fuisset. arg. *l. ult. ff. de jurisdictione.* Ut autem per totum vires exerceret Imperium, consensus, voluntas, & concessio Imperatoris, & reliquorum Imperii Statuum omninò fuit necessaria. Imminuitur igitur, aut tollitur fama lege Imperii generali, aut ipsius summi Principis sententia, & hoc casu Domino subditum ut restituat famæ, vix est ut concedam. Aut irrogatur infamia à domino territorii ex lege provinciali, aut per eandem. Hoc casu Dominus, si delictum est remissibile, infamiam poterit tollere penitus. Eadem scilicet ex ratione, quâ doctores concludunt, famam, quæ à statuto civitatis aut collegii imminuitur, ab eadem civitate & collegio restitui posse arg. *l. 1. §. de qua autem. ubi* Bartol. *ff. de postul.* Idem Bartol. *in l. infamem. num. 14.* Et ibi Alexander *in addit. ff. de public. judic.* Chassan: *in catal. glor. mundi consid. 24. num. 26.* Freherus *d. lib. 3. cap. 10. num. 8.* Bocer. *de regalib. cap. 2. num. 115.* Cæterum famæ restitutio fit aut diplomate, & verbis, 304.
aut per æquipollentia facta, verbis ut fiat disertis & specialibus opus est. Etenim si princeps simpliciter deprecanti gratiam fecerit, & indulserit, non facta mentione famæ, tunc pœna tantum ei remissa erit, at infamia sequax culpæ reum nihilominus comitari perseverabit, juxta illud tritum: Pœna potest tolli, culpa perennis erit, Et nihilominus indulgentia quos liberavit, notatos relinquet. *l. ult. C. de general. abolit. l. 7. & ult. §. ult. C. de sentent. pass.* Freherus *d. l. num. 13.* Facta æquipollentia sunt, quando i bello Ducis ex gratia famæ quis restituitur, dum flexo poplite commilitonum in præsentia vexillum aliquoties ejusdem quasi supra caput rotatur, & in gyrum circumducitur Wann mann vber jhm das Fähnlein schwinget. Item si infamia laborantem Princeps, hujus defectus conscius ad dignitatē & officia ponat, quæ nisi integer homo gerere non posset, tunc enim infamiam ei remisisse creditur. *l. imperialis. 23. §. 4. C. de nupt. gloss. in C. præterea de testib. cogend* CCtæ ad *c. diversis de cleric. conjug. c. veniens de fili. presbyt.* & DD. *ad l. quidam consulebat. 57. ff. de re judic.* De famæ vel existimationis concessione, quam quis ante non habuit, quod contingere diximus in persona spurii, si is legitimetur, res non expedita est admodum, propter ea quæ congessit Bocerus *de regalib. c. 2. num. 112.* Putat tamen Borchold. *in explicat. c. unic. quæ sint regalia, num. 8. &* Dn.

Fohman-

Fohmannus *disput. instit. Imper. 3. th. 31. lit.* C. Duces, Comites &c. in suis territoriis spurios legitimare posse. Et refert Scheplitz. *ad constitut. March. part.* 4. *tit.* 15. *q* 1. Electorem Brandenburgicum Joachimum II. quendam legitimâsse, eumque postea in collegium seu societatem der Gewandtschneider fuisse receptum.

306. IV. Huc pertinet etiam Institutio Gymnasiorum, ut vocamus, quæ ab Academiis multùm differunt, & inter eas, ac triviales scholas intermedium obtinent locum. In his lectiones quidem, & exercitia studiorum sunt publica, at nulla honorum gradualium collatio. Hæc enim à summi Principis dependent privilegio, non à territorii jure, Gymnasia in Germania sunt celebriora, Coburgense institutum à Casimiro Saxoniæ Duce, Vratislaviense, quod Elisabethanum dicitur, Stetinense & alia.

307. V. Adprobatio, & permissio, ut artifices seu opifices, collegia & societates habeant. Mingius *d. l. thes.* 73. Confirmatio Statutorum & Reformatio eorundem atque abolitio. Reformation guter Policey zu Augspurg auffgericht *de Anno* 1548. *tit.* Von den Handwercks Söhnen. §. hiedurch einen jeden. Abolenda autem generaliter omnia illa quæcunque contra utilitatem currunt publicam. Qualia sunt I.

308. Wann sie sich in denen Zünfften oder sonsten mit einander vergleichen/ daß einer seine gemachte Arbeit oder Werck in feylen Kauff/ nicht mehr oder weniger verkauffen soll dann der ander/ und also einen Anschlag oder Steigerung machen/ daß die jenigen/ so derselben Arbeit nothdürfftig/ und kauffen wollen/ jhnen sie jhres gefallens bezahlen müssen. *d. Reformatione* guter Policey *tit.* von den Handwercken in gemein. II. Ut quod unus incepit, & postmodum ab opere destitit, alter non perficiat. Was einer gedinget/ angefangen oder zerschnitten/ der ander nicht außmachen dörffe/ Sichard. *ad rubr. l. un. C. de monopol.* Daniel Moller. *lib. 2. Semestr. c.* 15. *n* 1. III. Daß die Leinweber/ Barbierer/ Schäfer/ Müller/ Zöllner/ Pfeiffer/ Trummeter/ Bader/ zu andern/ dann jhrer Eltern Handwercken nicht auffgenommen noch gezogen werden sollen. IV. Das oberzehlte Handwercker sollen in Zünfften/ Gaffeln/ Aemptern und Gilden außgeschlossen sein *d. l.* Quod plerique tamen opificum, qui se honestiores reliquis arbitrantur, inani persuasione propugnant. Id factum etiam recordor eo tempore, quo Sculteti munus das Regiments Schultzen Ampt/ in expeditione quadam bellica sustinebam, à tonsore quodam einem Barbierer/ qui balneatorem quendam, einen Bader/ infamem dixerat, quod respectu deß Baders Handwerck à se factum interpretabatur & adfirmabat,

mabat, daß kein Bader zu einem Feldscherer könte auffgenommen/ viel-
weniger darvor passiret werden. Aliud sanè mihi videbatur, tum hunc per 309
textum nostrum, da die Bader vor ehrlich gehalten werden/ tum per privi-
legium Imperatoris Wenceslai de anno 1406. Welches er den Badern ge-
ben/ darinnen sie allen andern Handwerckern gleich ehrlich gehalten wer-
den: apud Goldast. *tom.* 2. der Reichssatz. *p.* 82.* In Galliâ Collegiatorum 310
artificum statuta prius non valent, quàm à Rege probentur, qualia qua-
lia etiam illa sint. Choppin. *de Doman. Franc. lib.* 3. *tit* 27. *n.* 24.

VI. Nundinarum particularium, Jahrmarckte/ instituendi licen- 311
cia, quâ usum breve ante temporis spatium novimus Saxoniæ Electorem
in concedendo civitati Lipsiæ einen Viehmarckt/ frustra contranitenti-
bus Budstadiensibus. Nemini enim injuriam facit, qui jure suo utitur.
Et libera videtur ejusmodi nundinarum territorii domino erectio, etiam-
si vicinis proceribus incommoda ac dispendiosa, *arg. l.* 9. *ff. de servitut. l.* 1.
§. 12. *ff. de aqua, & aqua pluvia arcenda.* Duo tamen præcavenda monet 312
praxi Gallica Choppinus *de Doman. Franc. l.* 3. *tit.* 27. *n.* 25. alterum, ne bi-
num venale forum, nisi denis saltem passuum millibus interpositis ad-
mittatur. (*cinq lieues de distance entre deux marches divers*) alterum, ne
iisdem cum alio diebus, noxio invicem concursu exerceatur.

VII. Potestas concedendi Repressalias. Nam & hanc nonnul- 313
li attribuunt Principibus: Pruckman. *consil.* 17. *num.* 104. *vol.* 1. Repressa-
liæ, quæ & aliis Pressaliæ, & in recessu Imperii zu Speyer *de anno* 1570. §.
Wann auch/ Repressalien / dicuntur, non una & æquali vocis origine à
Doctoribus deducuntur. Nonnullis à presa, quod capturam significat 314
Italis, vel Ripresa, quod à composito riprendere est, & iterum capere vel
resumere notat, deductum videtur. Aliis à repræsentando, quod in his
alius alium repræsentet; Nonnullis à reprimendo, quod hisce alterius
injustitia reprimatur, aliis à reprædando deducitur. Ego nullus dubito,
quin peregrinum hoc sit vocabulum, nec latinitati ullo conveniens ori-
gine, utut allusione rem exprimente ad eam ab aliis trahatur. Concinni-
us fortassis & elegantius pignorationes dicerentur, ad exemplum Ponti-
ficis *in c. un. de injuriis & damno dato. in* 6. & Imperatoris, qui, quos trans-
latores *in Novell.* 52. pignorationes, ipse Græcâ constitutione ἐνεχυριασμὸν
vocat. Sed ut alibi Budæus habet, juris Interpretes malunt Repressalias

* *Putat* Georg. *Leheman.* diss. ad t. 5. A. B. conclus. 6. lit. m. *Wenceslaum hoc fecisse in gratiam ancillæ, quæ, famulitii operam in balneis elocans, eum captivum è custodum potestate scapha abduxerat, laribusq; patriis redditum cupido concubitu exhilaraverat: de quo Christ. Leheman* in Speyr. Chron. lib. 7. c. 61.

dicere; hæc adeò barbaries ad stomachum rusticitatis facit. Nobis, postquam usus vocabulum illud induxit, communia sunt terenda vestigia, & propterea eò magis, cum hodiè pignorationis vox aliud in nostro nobis significet imperio, adeò ut repressaliæ quidem sint pignorationes, sed non quælibet pignoratio sint repressaliæ. Possunt autem, ut à nomine ad rem descendamus ipsam, represaliæ describi per manus injectionem, qua nobis conceditur, personas, vel bona earum apprehendere & detinere, quæ nobis alio juris prætextu obligatæ non sunt, quam quod earum magistratus injustè nos habuerit, aut concives, qui nobis obligati, justo termino non satisfecerint, & ad instantiam nostram magistratus loci superior jus nobis vel apertè denegaverit, vel prostractione indebita suspenderit.

315 Vnde & quando Represaliæ originem duxerint? in obscuro est, nec præterea magni momenti quæstio. Bartolus, qui de iisdem integrum conscripsit tractatum, novas agnoscit; alii contra vetustissimas.

Crediderim eas ratione, quæ ex jure usque deduci poterit Gentium, vetustissimas esse, at non formâ, solennitate & usu. Antiquitatem si rimamur, videntur nobis Græci in androlepsia speciem aliquam represaliis cognatam observasse. Atheniensium enim institutum, Dracone conditore erat, ut si quis violentâ morte objisset, pro hoc gentilibus & cognatis jus foret quoscunque persequendi ac prehendendi, quoad necis authores indicarent, ac dederent, vel judicium cædis luerent ipsi. Ita Choppinus *de Doman. Franc. lib.* 3. *tit.* 25. *num.* 2. partim con-
316 fusè, partim obscurè describit. Distinctius & planius cum aliis ego: Græcorum institutum erat, quod si ab altero aliquis interfectus fuisset, cognatis hujus potestas & licentia esset homicidam repetere à civitate illâ, ad quam se recepisset profugus. Quod si is ab eâ non dederetur, tum agnatis dictis permissum erat propriâ authoritate & vi capere unum, vel plures, non ultra tamen tres, ex civitate eâ, quæ homicidam dedere recusaverat. Demosthenes *in oratione contra Aristocratem* hujus meminit, & androlepsias illas concessas affirmat, etiam contra eos, quos apud cædes perpetrata, quamvis homicidam non suscepissent.

317 Romanorum quoque clarigatio, non ea quidem, quæ publica, sed quæ privata, hujus ad differentiam, vocari potest, represaliarum aliquam speciem obtinuit. Publicam appello clarigationem eam,

quando

quando populus Romanus suos per fœciales, antequam bellum alicui populo inferret, res repetebat raptas. Fœcialis fines eorum, unde res reposcebantur, adibat, Jovemque imbi obtestabatur, ne compotem patriæ eum esse fineret, si injustè illas res dedi populo Romano exposceret. Si petita non darentur, diebus 30. peractis, bellum indicebat, superos obtestans, populum injustum esse, neque jus persolvere velle. Choppin. *de doman. Franciæ. lib. 3. tit. 25. num. 2.* Privatum erat, de quo Livius *lib. 8. decad.* 1. scribit: Veliterni jussi trans Tyberim habitare, ea lege, ut ejus qui cis Tyberim deprehensus esset, usque ad mille pondo, mulctæ scilicet nomine clavigatio esset, nec priusquam ære soluto is qui cepisset extra vincula captum daret.

Apud alias quoq; hodiè gentes juris Represaliarum vestigia sunt. 318
Inter Scotos, Albanenses, qui Highlandmen vulgò vocantur, genus est hominum incultum, imprimis maleficum & latrociniis innatum, & ad vindictam odio capitali projectissimum. Horum effera crudelitas legem extorsit, qua licet, si quis ex aliqua illorum gente damna intulerit, quicunque ex illa gente captus fuerit, aut damna resarciat, aut capite luat: Cambdenus *in Scotia pag.* 707.

Galli moribus patriis jure pignorationum non in suos, sed in exteros, nec nisi permissu Principis utuntur, ut si negotiatori Gallo merces diripuerint Hispani, idem, quem primum offenderit Hispanum pari jure diripiat, quod jus Marquæ (*'droict de Marque*) appellare consueverunt; Quod, ut Cujacius voluit *ad l. un.* C. ut nullus ex vicanis pro alienis vicanorum debitis teneatur *lib.* 11. in limitibus potissimum exerceatur. 319

320
Cæterum ut ad nostras revertamur Repressalias, illas videbatur dicendum reprobatas, usurpatas tamen tametsi nullo jure, ut JCtus loquitur *in L. 13. §. fin. ff. de injur.* I. Jus Canonicum eas tanquam graves legibus & æquitati naturali contrarias, civilique constitutione prohibitas reprobat. *d. c. un. de injur. in. 6.* II. Jus civile ejusmodi pignorationes inhonestas & odibiles habet, nec rationabile autumat alium quidem esse debitorem, alium verò exigi. *Novell. 52. cap. 1.* Idem disertè prohibet, nullam possessionem alterius pro alienis debitis publicis vel privatis conveniri. *l. 4. C. de executoribus & exactoribus lib. 12.* Et grave non solum legibus, verum etiam æquitati naturali contrarium statuit, pro alienis debitis alios molestari. *l. un. C. ut nullus ex vicaneis lib. 11.* Vxorem pro marito, vel contra maritum pro uxore, & matrem

pro filio conveniri posse, negat *tot. tit. C. ne uxor pro marito*. Nec filium pro patre lite permittit pulsari, aut paternum propter debitum in pignus aut in servile ministerium, aut in conductionem trahi. *Novell. 134. cap. 7. t. t. C. ne filius pro patre*. Quod secum exactè perpendens Theodoricus Gothorum Rex apud Cassiodor. *lib. 4. variar. Epistol. 10.* exclamat: O iniquæ persuasionis errorem! Dividuntur causæ Germanis, filius obligationibus paternis, si non sit heres, exuitur; uxor maritalibus debitis, nisi per successionis vincula, non tenetur, & audacia ad solutionem trahit extraneos, cum absolvant jura conjunctos. Goldast. *tom 3. constitut. Imper. pag. 54.* III. Recessus Imperii zu Speyer *de anno 1570.* §. Wann auch die Arresten / wie die Repressalien generaliter im Rechten verbotten / qvantum ab hisce abhorreant, claris innuunt verbis. IV. Leges Longobardorum *tit.* 100. §. 4. alium pro alio pignorare
321 vetant. Verùm utut regulare sit, neminem pro alterius delicto vel debito obligari, non tamen omninò etiam in jure desunt casus in contrarium excepti propter utilitatem & commodum publicum. Ita à Proconsule, cujus uxor aliquid in profectione & provinciis deliquit, pro illa ratio & vindicta exigitur. *l. 4. §. 2. ff. de offic. procons.* Et mariti quandoque bona pro ratiociniis tutelæ ante matrimonium à conjuge sua gestæ jure pignoris tenentur obnoxia. *l. 6. C. in quibus causis pignus vel hypothec. tacitè contrahitur.* Versa quoque vice uxoris res dotales obligatæ pro marito ex causa primipilaris administrationis, *l. 4. C. d. t.* Statuta præterea, quibus uxor debita mariti solvere obligatur, cujusmodi Coloniæ, Norimbergæ, Gothæ &c. vigent, valida pronunciavit Camera, Mynsing. 1. *observ.* 29. Gail. 2. *observat.* 90. *num.* 1. & Amplissima Salanæ Academiæ Facultas Juridica, teste Colero, *decis.* 31. *num.* 2. Ita in primipilaris administratione patris, filius obstringitur. *l. ult. C. de primipil. lib.* 12. Et valere statuta, quibus filii mercatorum teneantur creditoribus paternis, licet non probentur heredes, scribit Cotta *in memorab. vers. testam. in quo pater præteriit*. Mynsing. *d. observat. 29.* Et ne excipias, hactenus tantum deductum, quandoque inter personas arctissimo sanguinis & connubii vinculo junctas, aliam pro alia obligari, at idem malè ad extraneas in Repressaliis trahi, perpendas mecum velim jus bellicum, quo subditi pro magistratu vitam & bona, cætera criminum immunes, profundunt. Sunt autem Represaliæ adhuc justiores bello. Bl. *ad. l. 5. ff de I. & I. num.* 11. & Licet aliquid iniqui habere videantur, illud tamen utilitate publica rependitur, cujus intuitu, vel ipsæ, vel consimilia remedia apud plerasque gentes recepta.

Paul.

Paul. Busius. 1. *subtil.* 17. ut non ineleganter eas alibi Hottomannus jus appellet gentium. Non infitemur quidem, haud ita promiscuè represalias concedi, & in usum transferri, sed rarior istarum concessio, totius non infringit negotii æquitatem. De represaliis contra Regis Franciæ subditos in Imperio concedendis, si Imperiales homines in Francia lædantur, extat mandatum & rescriptum Friderici I. Imperatoris apud Goldast. *tom.* 1. *Constitut. Imper. p.* 182. Et refert Petrus de Vinea Friderici II. Imper. Cancellarius *lib.* 5. *epist.* 48. exemplum Represaliarum notabile. Cui jungi poterunt illa quæ annotavit Choppinus *d. l. n.* 4. Æquitas & ratio Represaliarum ut evidentior esset, Juris nostri interpretes eas arctissimis cancellis incluserunt, & certis limitarunt regulis. Quas 322 tres in classes ita divido, ut primo loco ponam, Quis concedere possit repressalias. Secundò quando & cur concedere, Deniq; contra quos concedi possint repressaliæ & quibus? In eo diversa doctorum est opinio, *An Imperator solus, & alii Reges ac Principes, qui superiorem non recognoscunt, Repressalias concedere possint, an verò etiam alii ab his inferiores tantæ sint potentiæ*? Ne credas, quod quilibet Officialis concedere possit represalias, inquit Johann. Ferrariens. *in sermon. libelli in actionem real. in gloss. super verbo Domini, vel quasi n.* 21. Inter constitution. Neapolitan. *de cultu pacis & tit. de presaliis puniendis*, legimus Represaliarum jus à Principe impetrandum: Choppin. *d. l. n.* 1. In Gallia eandem Represaliarum concessionem Carolus VIII. ad jura revocavit Majestatis, sibique soli vindicavit, cum antea præfecti provinciarum & summæ curiæ regni idem jus haberent. Bodin. *lib.* 8. *de republ. cap. ult.* Guido Papæ *decis.* 33. *in fin.* Choppin. *d. l. n.* 5. In Imperio nostro plerique veterum soli Imperatori laxãdarum represaliarum concedunt Jura, cujus testes sunt Bart. *in tr. de represal. q.* 3. *n.* 4. Coler. *part.* 1. *process. c.* 2. *n.* 280. *& alii*; Quorum potiùs rationes, quàm nomina exarare constitui. PRIMUM ajunt, Represalias esse speciem belli. Martin. Laudens. *de repressal. num.* 4. Covarruv. *c. peccatum.* 2. *part. relect.* §. 9. *n.* 4. Gail. *de pignoribus observat.* 2. At belli indictionem non nisi Imperatoris adhærere ossibus: De quo cum supra à me leges & authoritates allatas meminerim, actum hîc non ago. DEINDE cum toti Imperio Represaliarum exercitio possit damnum creari; scilicet si detineantur apud nos exteri, & propterea apud exteros nostrates, tandem ad arma & bellum descendemus ultrò citroque, meritò citra capitis consensum remedia hæc periculosa erunt interdictu. Quirinus Cubach. *centur.* 3. *quæst. illustr. decur.* 2. *quæst.* 2. Hinc Wesembecius Electoribus nominatim, quod superiorem recogno-

 scant,

ſcant, denegat concedendarum repreſaliarum jura, *Conſil.* 46. *num.* 7. *& 19.* Colerus *dict. loc.* Contra non Electoribus modò, ſed & aliis territoriorum Dominis hæc alii concedunt jura. Pro quibus pugnat uſus & conſuetudo, Mindanus *lib. 1. proceſſ. cap. 49. membro 4. in fin.* Pruckman. *conſil. 17. num. 104. volum. 1.* Quam ſi quis defendere conetur, ad ea ſe conferre poterit, quæ ſuperius dicta ſunt certis de caſibus, quibus bellum gerere etiam inferioribus à ſummo Principe licet Dynaſtis. Et putat auctor quidam anonymus duorum conſiliorum, in materia vindicationis Germanorum in exteros, quæ pro Georgio Lorichio contra Flesburgenſes edidit, conſilio poſteriori, dari poſſe Repreſaliarum caſum, qui belli vacet metu. Quod ſi verum deprehenditur, ut maximè belli ubi ſubeſt metus, Repreſalias Principum generaliter demas licentiæ, has tamen ceſſante ratione ſimul non ſuſtuleris. Hinc dictus author vacantes belli metu Repreſalias in conſulto Imperatore ab inferioribus quoque judicibus, ſicut & à civitatibus decerni poſſe, ait, dummodò privilegio arreſtandi gaudeant. *pag. 182. & pag. 232. edit. Baſilienſ. Anno* 1581. Quem tamen in hoc, & aliis ejuſdem conſilii, peccaſſe, dum cauſæ ſuæ & foro ſerviit ſtudioſiùs, monet Dominus meus Andr. Dinnerus *diſput. de Repreſaliis Altorphi habita Anno 1615. theſ. 24.* Quicquid ſit, ut ad bella licentioſos non convenit eſſe Principes, nec medicos ad deſperata remedia, niſi deſperatis in morbis, pronos; Ita cui Repreſaliarum concedendarum jus eſt, remedio hoc extraordinario prodigalitatem non debet prodere ſuam, ne ſe ſuoſque involvat multis caſibus, utriſque triſtioribus. PRIMÒ itaq; advertat. An debitum, propter quod Repreſaliæ petuntur, ſit liquidum: argum. *l. un. C. de prohib. ſequ. pecun.* an delictum evidens manifeſtum, & læſio apparens. II. an debitum magnũ, læſio enormis, delictum atrox: Nam & aliàs in re modica extraordinaria ceſſant remedia. *l. 9. § 5. ff. de dolo malo.* III. An debitor ſit ſolvendo: Si enim ſolvendo non ſit, inanis ratione debitoris actio *l. 6. ff. de dolo malo.* non poterit efficaces in alio Repreſalias operari; Nec magiſtratus dicetur juſtitiam denegaſſe, ubi juſtitiæ adminiſtratio impoſſibilis. IV. An creditor, vel criminis perſecutor ordinario coram magiſtratu debitoris vel nocentis inſtanter petierit jus & juſtitiam ſibi adminiſtrari. V. An petitione hac inſuper habitâ ipſi manifeſtò jus fuerit denegatum, das dem Actori das Recht kündlich verſaget worden / aut eluſorium redditum, & abſolutus, qui condemnari meritus; Biarnenſibus lex eſt municipalis, quæ Repreſalias vetat dari, niſi ju-

re prius ter petito ac denegato. Choppin. *dict. loc. num.* 4. VI. An denegatione hâc factâ, creditor ad supremum denique magistratum debitoris accedens, eandem coram eodem subierit fortunam. Quod idem eum ad casum quoque traho, quando in peregrinâ terrâ à judice inferiore quis coactus fuit solvere, injustè tamen, nec Princeps summus hanc velit revocare sententiam, & læsum sistere indemnem; ut Bart. tradit argument. *l. judices. Cod. de navic. lib.* 11. VII. An de denegatione satis constet. Hanc enim qui Represalias petit, liquidò probatam dare debet, nisi notoria sit. Narratio ejus sola, & nuda non admodum efficax, uti nec Juramentum ejus, qui hoc firmat, se desperasse de jure consequendo. VIII. An ex denegatione hac detrimentum magnum in publicum redundet, an privatum tantum sit & maneat. Hoc casu si publicum, quod ex concessione Represaliarum timetur, damnum magnum sit, minus potius insuper habendum, ne majus sequatur. arg. *l.* 4. *ff. de in integr. restitut. l.* 21. *ff. de except.* Salus populi suprema lex erit, & utilitas publica præferetur privatorum contractibus *l.* 3. *Cod. de primipilo. lib.* 12.

Nec habebit hic creditor quod objiciat magistratui suo deneganti Represalias, quasi & ipse contra officii sui agat rationem. Nam Princeps propter utilitatem publicam alteri jus suum auferre potest, argum. *l.* 51. *circa fin. ff. ad l. Aquilian. l.* 37. *ff. de rebus auctor. judic. possid. l.* 2. *ff. de natal. restitut. l.* 3. *ff. de offic. prætor. l.* 23. *in princip. digest. de aqua & aqua pluvia. arcend.* ubi Doctores ut & in *l. Item si verberatum.* 15. *paragraph.* 2. *digest. de R. V. l.* 11. *digest. de evict. CCta ad c. quæ in Ecclesiarum. de constitut.* Licet autem hoc casu pretium contra exsolvendum nonnulli rentur, Duaren. *ad l.* 13. *paragraph.* 1. *digest. com. prædior.* Vasquius *lib.* 1. *illustr. controvers. cap.* 5. Pinellus *ad l.* 2. *Cod. de rescind. vendit. part.* 1. *rubric. cap.* 2. *num.* 14. Tapia *de constitut. Princip. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 48. illud tamen æquitatem tunc postulare ait Arnisæus; quando sine Reipublicæ jacturâ pretium restitui potest, de jure Majestatis. *lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 9. *pag.* 479. Cui alia quædam exceptio jungi poterit, si in argumentum trahatur. *l.* 7. *paragraph.* 4. *digest. quod vi aut clam. l.* 3. §. 7. *digest. d. incendio, ruina, naufragio. leg.* 49. *in fin. digest. ad L. Aquil.* IX. An nullum aliud medium supersit, quo supplicans jus suum consequi possit, nisi concessis Represaliis. Hæc si excusserit Princeps, ex abun-

danti

danti supremo eorum, contra quos represaliæ petitæ, petitionis justæ fundamenta transmittat, per legatos aut alios: Omnia enim prius experiri decet amicâ compellatione, quàm armis & contentionibus locum concedere. Quod si verò nec hâc quicquam profecerit viâ, Represalias petenti concedat: Quo enim casu bello justa causa posita est, eodem & represaliis. At inquis, vel omnibus hisce observatis, superius contra represalias adductis, nondum satisfactum, & alius debitor erit, alius exigetur. Respondeo generaliter omnia superius adducta obtinere inter eos, qui certis gradibus unicum recognoscunt superiorem. Cum enim hi superiorem possint appellare, & quod ab intermedio denegatum, jus suum consequi, represaliis quid opus? Ne hallucinemur, inquit Choppinus *d. l. n.* 3. idcircò ab iis denegati sunt prorsus oppignorationum codicilli, quia orbi terrarum imperarent, Justinianus profanis, Gregorius sacratis hominibus, in quos universim per judicem liceret sarta tectaq; jura sua conservare. Proinde unius noxa in aliorum retorqueri non debuit. Secus in singulorum Regnorum Imperio ac territorio, quæ finibus invicem latè secernuntur. Habetur quoque aliàs de jure factum præpositorum pro facto singulorum civium. *c. qui per alium. Extra de R. I. in 6.* Bart. *in l. sicut. n. 2. ff. quod cujusq; univers it. nom.* Quod & hîc obtinere debet. Aut enim Regni vel Imperii Status, qui totum repræsentant populum, denegationem justitiæ approbarunt expressè: Atque ita injustitiæ participes, & ipsi obligati. Aut non contradixerunt, & meritò facti injusti, ejus, quem sibi proposuerunt, & conniventiæ suæ pœnas dant. Aut contradixerunt quidem, sed nihil obtinuerunt. Hoc casu cum superiorem, & præterea eum, qui causam represaliis dedit, is obligatum habeat, qui represalias passus est. Jas. *in l. 2. §. ult. ff. de V. O.* Menoch. *consil. 244. n. 52.* Bart. *de repressal. quæst. fin. n. 1.* in effectu hic indemnis erit, & actionis efficacia suum semper tenere videbitur. Hactenus ex dictis quoque patet, contra quos represaliæ concedi possint, scilicet contra exteros, & alterius cujuspiam Principis, qui superiorem non recognoscit, subditos mediatos vel immediatos.
324 *De Imperii civibus aut subditis inter ipsos an locus Represaliis detur?* Quæstionis est. Ejus negativa verior. Cur enim patiamur ad arma & rixam procedere, quos jurisdictione componere possibile est. *l. 13. §. 3. ff. de usufruct.* scilicet si nobis justitia ab illis denegata, qui superiorem habent, ad hunc nobis dabitur accessus. Et omnem in eventum si immediatus hic sit, Camera poterit adiri Imperialis, quæ supplicanti vel promotoriales pro administranda justitia, vel citationem ad prosequendam in Camerâ litem, vel etiam mandata pœnalia cum

clausula contra judicem decernere potis erit jurisdictione sua. Gail. 1. *observat.* 28. Mynsing. *cent.* 5. *observ.* 56. Ordinatio Cameræ *part.* 2. *tit.* 26. Hæc contra dum invaluisse in Germaniâ scribit Mindanus *de process. lib.* 1. *cap.* 49. *memb.* 5. ut utamur Represaliis in eum, qui nobiscum in Imperio Romano concivis degit, factum urget, non jus. Vnicum ego rebellionis casum excipio; & novi, Fridericum II. Imperatorem in rebelles nostro Imperio Picentes, mercatoribus nonnullis pignorationum rescripta concessisse. Petrus Vinea *lib.* 5. *epist.* 48. Choppin. *d. l. num.* 3. Cæterum 325 concessis Represaliis, illud tenendum est, eas regulariter in quaslibet personas licitum esse exercere. Excipiuntur tamen I. Legati, quorum immunitas ex jure gentium amplissima. *l. ult. ff. de legation.* II. Inter Christianos Clerici, qui propter delicta Laicorum Represaliis non subjiciuntur *d. c. unico. de injuriis & damno dato. in* 6. III. His Doctores jungunt uno ferè ore, scholares, moti *auth. habita C. ne filius pro patre.* Quod tamen eatenus tantum admitto, quatenus consuetudinem ponis in Imperio exercendi represalias in ejusdem subditos & concives. Dispositio quippe Imperatoris Friderici ad imperium tantum pertinet, nec aliis non recognoscentibus superiorem quicquam præscribere valida est. Vnde frustra in Galliâ, Angliâ, Hispaniâ Germanus studiorum gratiâ degens, represaliis ne subjiciatur, authenticam hanc allegatum ibit, nec hilum quidem proficiet, nisi ejus desiderium gratia aliqua specialis confirmet, aut jus hoc ibi receptum. Qualem novi nationis Germanicæ Scholaribus immatriculatis Aureliæ datam, ne jure belli capi aut detineri possint. IV. Mercatores tempore nundinarum *l. un. & ibi Br. C. de nundin.* De qua tamen exceptione idem debet ferri judicium, quale de præcedenti. V. Refert huc Bald. *in cap. unic. quæ sint regalia n.* 1. illos, qui pedagium aut gabellas Domino territorii solvunt; Quod mihi displicet, & praxi contrarium est. Petr. Gregor. *Syntagm. juris universi lib.* 3. *c.* 3. *n.* 7. *& libr.* 38. *cap.* 8. *in fin.* Aliud tamen illis largior, qui eum, cui salvus conductus à Domino territorii promissus, à represaliarum excipiunt onere. Joh. Papon. *lib.* 5. *arrestor. tit.* 3. *arrest.* 2. Et fortassis inde, quod Regiis reservatis manum admovisset contra Comitem Flandriæ, in Anglici negotiatoris merces, contra liberum commeatum à Rege Galliæ datum & promulgatum, represalia laxantis, arrestum datum fuit in parlamento festo omnium Sanctorum anno 1272. Cujus meminit Choppinus *d. l. n.* 5. DENIQUE VI. quam alii exceptionem formant ex Reformat. Francofurt. Imperatoris Friderici III. Anno Christi. 1442. *art.* 4. Wer in offenen Vehden gefreyet sein soll/ Et Reformat. guter Policey Augustæ *Anno Christi* 1548. *tit.* Was in Kriegsleufften gefreyet; Illius ego in totum mihi haud impositam ve-

lim defensionem. Illud planè extra omnem dubitationis aleam positum est Represaliis modum & mensuram à Principe concedente statui & dari posse, quam observare conveniens erit. In Galliâ simpliciter jure Marchæ concesso, bona nec personas detineri voluit. Duar. *ad t. C. ne*
326 *filius pro patre.* Joan. Papon. *d. l. arrest.* 9. Joh. Lucius *placitor. curiæ. lib.* 10. *tit.* 3. Apud illos enim *le droit de marque ottroye par arrest n' emporte emprisonnement des personnes, mais seu lement saisissement des biens.* Et solent nonnunquam vincula & corporum nexus expresse prohiberi, ut exemplo est, quod refert Joh. Gallus *quæstion.* 334. & 359. Captis perso-
327 nis, ne quid licentius captor in easdem statuat, judicis discretioni committerem, ubi custodiæ mancipandas eas velit. Rebus prehensis pignoratoria cautio erit, inventarium adhibitis personis publicis conficere, doli & fraudis quo extinguatur suspicio. Postea bona distrahantur, & pignoratori satisfiat, & si quippiam supersit post impensas etiam necessarias deductas, id domino reddatur, qui totius negotii confecti testimonio recepto, aut magistratum suum, qui temeritate propria represaliis occasionem dedit, aut concivem suum, pro cujus debito solutio
328 facta conveniat, suum quod amisit recuperaturus. At qua actione? Variant hîc Doctores; Alii condictionem ex lege præscribunt. *arg. l. un. ff. de condict. ex lege.* Alii negotiorum gestorum actionem eligunt, cum represalias passus, veri debitoris negotium gessisse videatur. Alii actionem ex lege Aquilia de damno injuria dato. Cum hæc actio non solum adversus eum dari soleat, qui ipse damnum dedit, verum etiam adversus illum, qui damno occasionem præbuit *l.* 30. §. 3. *ff. ad. l. Aquil.* Helfricus Vlricus Hunnius *disput. de represaliis Giesæ habita anno* 1618. *thes.* 28.

Hisce omnibus insuper habitis sibi planè persuasum tenet, nullam penitus actionem, nullum regressum ei, qui damnum ex represaliis est passus, contra verum debitorem competere, cum nihil quicquam verus debitor cum hoc contraxerit, nihil etiam in ipsum deliquerit. Quod enim non solvit suo creditori, ait, quid obsecro hoc ad eum, qui represalias est passus? Omnis autem actio in personam nascitur, vel ex contractu, vel ex maleficio ejus qui convenitur. §. 1. *Instit. de act.* Neque rectè infertur hoc modo, æquitas suadet à debitore damnum resarciri alteri, qui represalias passus est. Ergò ad hoc etiam actio ei competit. Nam sæpè accidit ut æquitas non deficiat, deficiat tamen remedium juris.

ris. Sic enim nihil æquius est, quàm id, quod nudo pacto promissum est præstari. *lib. 1. ff. de pact. l. 1. ff. d. constit. pecun.* Nullum tamen remedium jure proditum est, quo id exigatur, & ab invito extorqueatur. *l. 7. §. 5. ff. de pact.*

Nec admittendum existimat idem, condictionem ex lege in proposito competere: Nullam quippe obligationem consuetudine vel statuto introductam esse, qua verus debitor alteri ex represaliis ad damni restitutionem teneatur. Pari modo negotiorum gestorum actionem non competere adversus debitorem, inde firmat, quod is, qui patitur represalias, ad negotium debitoris gerendum sponte non accesserit, id quod tamen ad negotiorum gestorum actionem omninò requiritur. *§. 1. Institut. de obligat. quæ quasi ex contr. nascuntur.*

Ad hæc, illum, qui represalias patitur, non gerere negotium debitoris, cum debitor nihil quicquam utilitatis percipiat ex represaliis, nec à debito liberetur. Imò verò represalias non tàm ad debitorem spectare, quam eum, qui justitiæ administrationem denegavit.

Deniq; nec actionem legis Aquiliæ de damno injuria dato competere adversus debitorem verum, certissimum affirmat. Cum enim debitor non causetur represalias, sed magistratus potius justitiæ administrationem denegans, vel protrahens, ad quem etiam coërcendum, & in officio continendum represaliæ comparatæ, idcircò si quod damnum ex represaliis sentiat ille, in quem exercentur, non tàm occasione debitoris solvere nolentis, quàm magistratus justitiam denegantis, sentire videri. Nec etiam illorum sententiam probat, qui statuunt, creditorem teneri, ut cedat actiones sibi adversus debitorem competentes ei, qui ex represaliis damnum est passus; tùm quia ratio nulla appareat sufficiens istius cessionis: tum quia frustra etiam & sine effectu actiones hæ cederentur, cum ab eo magistratu, qui prius justitiam denegavit, vix ac ne vix quidem adversus verum debitorem juris & justitiæ administrationem damniq; restitutionem consecuturus esset is, cui damnum per represalias est datum. *Hactenus Hunnius*, cui ut multa in cæteris possent opponi, ita in negotiorum gestorum actione, manifestum est, non solùm eam huic competere, qui ad aliena negotia spontè, verum etiam ei, qui aliqua necessitate urgente, vel necessitatis suspicione accessit. *lib. 5. §. 10.*

§. 10, ff. de negot. gest. Præterea an utilitas aliqua ad verum debitorem redundet, nec ne, non tam hîc in quæstionem venire debet, quàm illud in considerationem trahi, ne necessarius hic negotiorum gestor in damno versetur. *l. 45. §. 2. ff. de negot. gest.* Imò nec verus debitor omnem extra utilitatem positus, dum solutione hac à creditore, qui repressalias exercuit, fuit liberatus. *arg. l. 43. ff. d. t.* Nec enim hic qui semel suum recepit, amplius eum habebit effectualiter obligatum. *pr. Instit. quib. mod. tollitur obligatio.* Repressaliæ quoq; non minus ad eum, qui debitum noluit exsolvere, quàm magistratum, qui eundem voluit absolvere, pertinent. Vtut enim denegata justitia multum hîc operetur, attamen debitor revera & ipse in dolo est, qui eidem proficuus haud esse debet.

329 VIII. Facultas concedendi inducias moratorias. Knichen. *d. l. n. 457.* de quibus tamen dicendum videbatur, soli Imperatori reservatas. Reformation guter Policey Ordnung zu Augspurg *de anno* 1548. *tit.* Von verdorbenen Kauffleuten; Policey Ordnung zu Franckfurt *de anno* 1577. *tit. 23. §. ult.* Id quod fortassis olim ita obtinuit. Hodiè & Imperator, & Principes Imperii eas concedere solent, notabili tamen differentiâ. Imperatoris enim concessio, hoc operatur, ut isthæc induciæ contra creditores, cujus in territorio considеant, validæ sint. Cum contra à Principibus datæ debitoribus se contra creditores eidem Principi subjectos tantum defendendi debeant præbere occasionem, Hilliger. *ad Donell.*
330 *lib. 22. commentar. Iur. Civil. c. 9. lit. G.* Vbi rectè idem rejicit Melandri *comment. Cameral. part. 1. t. 102.* & Matthiæ Stephani *lib. 2. de jurisdict. p. 1. membr. 2. c. 7. n. 389.* collectionem istam. Si creditores omnes, aut major pars inducias debitori rectè indulgent, qui privati sunt, quidni id liceat Principi de jurisdictione & regalibus ab Imperatore investito. Nam diversitas evidens est, cum illi de jure suo remittant. Cumq; major pars reliquis quinquennales inducias dando nocet, & id diplomate Principis authoritatem sumat oportet *l. ult. in pr. C. qui bon. ced.* Franc. Vivius *decis.*
331 *38. n. 7.* Knichen. *d. l. n. 459.* Variis appellationibus hoc, de quo plenius acturi nunc sumus, beneficium apud Doctores conspicuum est. I. Vocatur præscriptio moratoria, id est, exceptio, quæ remoratur exactionem. II. Induciæ, quas aptè rusticos, industrias vocare notat Tessaurus *decis. 186. n. 1.* III. Literæ dilatoriæ. IV. Literæ salvi conductus. V. Literæ gratiæ. VI. Literæ securitatis. VII. Literæ respirationis à Gallis lettres de respir, & nonnunquam simpliciter Respi, vel cum adjuncto temporis respi de cinqans. VIII. In Imperii recessibus *dd. ll.* vocantur moratoria, oder quinquennel, quod regulariter ad quinque conce-

r dantur

dantur annos. IX. Anstandts Brieff auff gewisse zeit zu zahlen/ Quod intra tempus, cum debitor ad solutionem compelli haud possit, Saxones dicunt, er sey Eysern worden/ Hering. *de fidejussorib. c. 5. n.* 102. De his licet Doctores communiter agant *ad l. 2. & 4. C. de precibus Imperat. offerendis*, Antonius tamen Faber, *inter errores pragmaticor. decad. 25. error. 3. n.* 4. scribit, nullum in toto jure locum esse, quo quis possit unum horum Rescriptorum probare. Et Cujacius *lib. 2. Observat.* 10. persuadere sibi non patitur *d. l.* 2. harum ad induciarum spectare materiam. Ego nunc hæc non trutino, quod tamen fecisse video Hilligerum *d. l. lit. E.* Sed plenioris cognitionis gratia rem ita descriptam do, Quod sit beneficium à summo vel territorii Principe, humanitatis & æquitatis intuitu petenti datum, qui casu fortuito damnum passus, ut intra certum tempus dilationem solvendorum debitorum, dilationem non respuentium, habeat, nec à creditoribus pulsari, in carcerem detrudi, aut bonis cedere cogatur, sed interim cõficere possit, unde dilatione elapsâ solvere valeat. Humanitatis datur petenti intuitu, sive is privatus sit aliquis, sive tota aliqua communitas, collegium & universitas. Anton. Faber. *in Cod. lib. 1. tit. 9 definit.* 18. In petitione hæc potissimum observanda monet Finckelthaus *disput. de moratoria præscriptione Lipsiæ habita anno* 1620. *th.* 4. *lit. f.* I. Ut veritate nitatur. *arg. c. 2. extra. de rescript.* videlicet aliquem ad tenuiorem fortunam pervenisse d. Reformation. guter Policey. de anno 1548. *tit.* Von verdorbenen Kauffleuten/ §. *fin.* Wo aber die ander gestalt vnnd mit verschwiegener Warheit außbracht. Sed hæc allegatio potius eò pertinet, si veram calamitatis suæ causam tacuerit, & aliam contra supposuerit. II. Ut causa infortunii inseratur, d. Reformat. ibi. Daß sie auß vnversehenen zugestandenen vnfällen jhre Leib vnd Güter verdorben vnnd auffgestanden sein. Quod idem post Rebuffum *de lit. dilat. art. 1. gloß. 1. n. 12. 47. & 51.* consignavit Anton. Faber *d. l. 9. definit.* 20. *n.* 10. Cum enim non decoctoribus & nepotali diffluentibus luxu, welche mit jhrem vbermässigen Prachte/ vnordentlichen wesen/ leben/ vnnd sonst in andere wege/ ohne daß jhnen an jhren Leibern vnd Güttern einige Vnfäll/ Schäden/ Gefengnis oder Satzung zugestanden/ in Abnehmen vnnd Verderben kommen/ welcher Handlung sich mit einem Diebstal wol vergleichet/ *d. t.* Von verdorbenen Kauffleuten; Sed illis, qui extra culpam novercales fortunæ assultus sustinuerunt, & facultatibus lapsi sunt, subveniatur, meritò hoc quasi substantiale supplicationis existimabitur. Cumq; non sufficiat nudè hoc asseruisse. III. Requirit Finckelthaus, ut hujus rei testimonium afferatur Imperatori à magistratu supplicantis *d. Reformat. ibi.* Daß

332 333 334 335

hoc probant, fidejussionem libello non inserendam, sed demum moratoriis induciis impetratis, ad creditorum instantiam modò rescriptum promulgatum valere velit debitor *d. l. 4.* fidejussionem idoneam præbendam.

Cæterum de fidejussione ipsa videndum est, quam in Doctorum sententiam proclives nos esse conveniat, an in eorum, qui eam præcisè necessariam, an in horum, qui eam usu remissam statuunt. Illud obiter monere volui, Finckelthausium *d. thes.* 11. *lit. a.* pessimè quæstionem ita formasse. An impetrans moratoriam præscriptionem teneatur fidejubere de solvendo, finito dilationis tempore? Confundit scilicet fidejubere & fidejussores dare, inter quæ tamen longa & illustris est differentia. Fidejubere est alieno se obligare nomine *l.* 1. §. 5. *ff. de obligat. & action. l.* 8. §. 1. *ff. ad SCT. Vellej.* Fidejussores dare est creditorem nostrum securum facere illorum sponsione, qui nostræ accedunt obligationi *l.* 1. *ff. qui satisdar. cog. l.* 1. *ff. de fidejussor.* Per rerum autem naturam evenire haud potest, ut quis pro seipso fidejubeat *l.* 21. §. 3. *ff. de fidejussor.* at benè ut fidejussores det. Qui fidejussionem urgent, necessariam, fundamentum habent *d. l.* 4. *Cod. d. t.* unde expresè inferunt, ea nisi præbeatur, beneficio huic locum non dari: Gail. 2. *observat.* 46. *n.* 14. Thessaurus *decis.* 186. *num.* 7. Afflictus *decision.* 378. *num.* 1. Ubi *in addit.* Ursillus *num.* 3. Wehnerus *in observat. pract. verbo* Anstand-Brieff, sed debitorem rectè carceri mancipari. Wurmbser. *lib.* 1. *pract. observat. tit.* 28 *observation.* 9. Rationem annectunt eam, ne debitor bona, quæ salva adhuc habet, durantibus induciis consumat, aut cum iisdem ipse aufugiat, & utroque modo creditorem debito suo defraudet: Hering. *de fidejussor. cap.* 5. *num.* 128. *& seqq.* In tantum verò fidejussionis necessitatem extendunt, ut ne Principem quidem ipsum hanc remittere posse statuant, ne Principis rescriptum creditori fiat captiosum, argum. *l.* 8. *in princip. digest. de prætor. stipulation.* Wurmbserus *dict. observation. in fin.* Finckelthaus. *thes. duodecimo.* In quo tamen alii contrarium tenent, vide Lancellot. *templo omnium judicum. libr.* 1. *capit.* 1. *paragraph.* 4. *num.* 8. Trentacinqu. *lib.* 3. *pract. resolut. titul. de solut. resolut.* 1. *num.* 7. Zangerus autem *de exceptionibus. part.* 2. *cap.* 12. *num.* 4. hodiè, scribit, quando Imperator Romani Imperii moratoriam, seu quinquennalem indulget debitoribus, quod non nisi ex causa justissima facere consuevit, & si contra factum sit, eadem moratoria debitoribus minimè prosunt, hæc cautio

fide-

fide, ussoria exigi non solet: De quo videatur die Pollcey Ordnung *Anno* 1548. zu Augspurg auffgerichtet *sub tit.* Von verdorbenen Kauffleuten/ & in ead. Ordinat. Francofurdiæ Anno 1577. promulgatum *sub. tit.* 23. Anton. Faber. *d. tit.* 9. *definition.* 21. *num.* 4. hodiè juratoriam cautionem sufficere pragmaticorum Galliæ testimonio tradit. Ac Rebuff. *de lit. dilator. artic.* 1. *gloss.* 1. *num.* 50. hodiè, ait, de consuetudine non vidi in forensi judicio cautionem præstari, nisi juratoriam, alioqui de nihilo serviret debitoribus literarum impetratio, cum nullus vellet pro eis cavere. Cornelius Benicas. *de privileg. paupert. speciali.* 3. *in judiciis. num.* 34. & *seqq.* cum communi distinguit: Si ex causa paupertatis obtenta dilatio, eaque in rescripto expressa, juratoriæ cautioni committetur. Sin ex alia causa, putà ob incommoditatem aliquam, exempli gratia, Si facultates debitis non exhauriantur, sed vel ipsius debitores eum solutione frustrati sint, vel non reperiat emptores rerum suarum, unde de pretio solvat, vel non sine gravi jactura vendere possit, satisdationem exigi. Hanc ferè probat Trentacinqu. *d. resolut.* 1. *num.* 9. ne aliàs rescriptum inopi concessum frustratorium sit, addens, fortè etiam teneri hunc, ut caveat generali hypotheca bonorum, & adjectione pœnæ. Hilliger. *dict. loc. lit. n.* Distinguunt alii inter annalem & quinquennalem dilationem, ut in illa sufficiat juratoria cautio, in hac præcisè fidejussione opus sit. Re-
339 buffus *d. tract. num.* 52. Mihi placet regulam esse adhuc hodiè; Ad instantiam creditorum debitorem, qui sibi concessis vult uti, moratoriis fidejussoribus idoneis satisdare debere. Hering. *d. l. n.* 133. Hujus tamen haud improbabiles cum Doctoribus posse constitui exceptiones, præsertim verò illam, quando ante impetratas inducias idonei fidejussores de-
340 bito accesserunt, qui induciis currentibus adhuc obligati. Non me movet Zangerus: Aut enim voluit hodiè, etiamsi creditores fidejussionem desiderant, eam tamen non præberi, aut creditores eam quidem posse exigere, sed hodiè non solere. Hoc facti erit & arbitrii, de quo non disputabo, Illud à jure communi remotum, & meritò à meo applausu. Cave ita colligas, Hodiè Imperator Inducias hasce non nisi ex justissima causa concedit; Ergò cessat requisita fidejussio. Nam & olim (quis enim aliter dixerit) Idem ab Imperatoribus factum justissimis demum ex causis, & nihilo tamen minus fidejussio fuit necessaria. *d. l.* 4. Nec obstat, *dictis in Reformationibus*, inter Imperii Recessus relatis, fidejussionis necessariæ nullam fieri mentionem: Nam ut maximè concessero, expressè fidejussionis non injici ullam mentionem, verum tamen & illud contra erit, nec eandem expressè remitti. Tacitè verò & generaliter eam dictis Constitutionibus approbari evincunt verba vnnd dem gemeinen Rechte
nach

nach gegen jhnen gehandelt werden. Quod si excipiatur, ut posse non infiteor, ea aliò quàm ad inducias trahi, dicam tamen ego, ut expressè in præcedentibus jus commune observandum esse dicitur, ita in posterioribus si jus commune non observandum, expressè idem fuisse adjiciendum. Scopus *d. t. §. ult. Reformationis politicæ* est, determinare quibus Imperator inducias moratorias concedere possit, ac debeat, at quomodo possit, & quousq; eæ sint validæ, non explicat. De tempore Docto- 341
res non conveniunt, quousq; Princeps inducias extendere possit. Potissimum autem de quinquennalibus induciis decertant, ut & de iis, quæ ultra hos annos peti poterant; de iis, quæ brevioris sunt termini non admodum solliciti. De prioribus nonnulli statuunt, eas non nisi cum consensu majoris partis creditorum à Principe concedi posse: per *l. fin. C. qui bon. ced.* Rebuff. *d. l. n. 53. & 59.* Boer. *decis. 296. n. 3.* Faber. *d. t. 9. defin. 6. n. 7. & defin. 21. n. 5. & 6.* Alii adjiciunt, si Principis rescriptum ultra quinquennium terminum induciarum ponat, tum illud in totum vitiari, & ne quidem ad quinquennium valere. Arbitror, potestati & arbitrio Principis neminem hic metam ponere, præter circumstantias, quæ tales esse possunt, ut ad annalium, biennalium, triennalium, quadriennalium, quinquennalium, imò & ulteriorum induciarum terminum Principem permoveant. Ita novi prægnantissimis ex causis civitati alicui pauculum ante tempus octennales ab Imperatore datas. Sunt 342
autem debita & obligationes nonnullæ, quæ vel respectu sui, vel respectu personarum, quibus debentur, inducias non admittunt. Quemadmodum etiam generalitas rescripti & debitoris factum quandoq; coarctationi causam præbent. Obligationes & debita ferè hæc sunt. I. Quod debetur inopi & majore paupertatis necessitate oppresso. Afflictus *decis. 377.* Anton. Faber. *d. t. 9. definit. 20. n. 7.* II. Quod debetur mercenariis, vel operariis, qui ex mercede operæ se suosque sustentant. Moller. *lib. 4. semestr. c. 5. n. 2.* III. Quod debetur illis, qui post rescriptum contraxerunt: Guido Papæ *decis. 109.* Faber. *d. t. 9. defin. 1. n. 2. defin. 6. n. 4. & defin. 20. n. 2.* Huc refero pretium rerum commestibilium, seu eduliorum, in foro venalitio emptorum in quotidianum usum: Quorum & inde major habenda ratio, ne imminuatur annonæ præbitio. Vide Anton Fabr. *d. t. definit. 11. n. 4.* IV. Quod ad pias pertinet causas, & debetur Ecclesiæ. Tiraq. *de privileg. piæ causæ. privileg. 148.* Nolim tamen Ecclesiam privilegium suum acerbè contra summâ paupertate oppressum exerceat: Ejus quippe proprium est, egenorum rationem habere, adeò ut vel pauperum causâ res Ecclesiæ, quæ aliàs regulariter commercium respuunt, vendi & distrahi possint. Bart. *ad l. sancimus. 21. n. 17.*

Cod. de sacrosanct. Eccles. V. debitum alimentarium, Surdus *decision.* 323. Menoch. *de arbitr. jud. qq. lib.* 2. *cent.* 1. *cas.* 52. *num.* 12. VI. Dotis & studiorum, Rebuff. *d. gloss.* 1. *num.* 34. Anton. Fab. *d. defin.* 20. *num.* 11. VII. Restitutio depositi: argum. *l.* 11. *in princ.* C. *mandati.* Etiam nummorum. Boerius *decis.* 296. *num.* 4. Surdus *d. decis.* Faber. *dict. l. num.* 12. VIII. Idem dicendum in causa commodati, & pignoris, soluto debito quoties res ipsa extat, ejusque restitutio debetur: Hilliger. *ad Donell. d. lib.* 22. *cap.* 9. *lit. l.* IX. In pensionibus & locationibus rerum, quarum fructus conductor percipit, Faber. *d. definit.* 20. *n.* 5. X. In venditione, si re tradita ad pretium agatur, ne iniquitas emergat ista, ut emptor & rem habeat, & pretium retineat, quod cum bona pugnat fide. arg. *l.* 50. *ff. de act. emption. l.* 5. C. *eod.* Faber. *de t. defin.* 11. XI. Debitum post infortunium, paulò ante rescripti concessionem contractum. Videtur enim contrahens conscius inopiæ suæ dolo non usque quaque carere. Faber. *d. t. defin.* 20. *num.* 18. XII. Compensatio: arg. *l. un.* C. *de compensat.* Faber. *d. t. defin.* 13.

343 Debitoris factum privilegium excludit moratorium I. Wann er anderer Gestalt/als in der oberzehlten Reformation guter Policey gesetzet/ vnd mit verschwiegener Warheit moratoria Außbracht oder erlanget. II. Si debitum fuerit inficiatus & judicio convictus: Tessaur. *decis.* 386. Nam & alias vim sententiæ, & judicati executionem non remorantur isthæc induciæ. Guido Papæ *decis.* 97. Faber. *d. t.* 9. *defin.* 4. Et inficiantibus jura non favent. *l.* 10. §. 1. *de fidejussor.* Si in instrumento obligatorio huic beneficio expressè, juratò & injuratò renunciaverit. Quod enim semel repudiatum est, id redintegrari vix conceditur. *l. ult. circa fin. Cod. de condition. insert. l.* 34. *Cod. de transact. c. cum contingat.* 28. *in fin. & de jurejur.* Dissent. Moller. *lib.* 4. *semestr.* 6. cui satisfecit Hilliger. *d. l. lit. m.* Et limitat ex parte Faber *d. definit.* 20. *num.* 15. nisi renunciationis hujus in rescripto & dispensatione expressa fuerit facta mentio. Atque ita practicari Trentacinquius *d. resol.* 1. *n.* 14. testatur.

344 Generalitas Rescripti impedit induciarum effectum I. in debito jurato, quia Princeps in dubio non intelligitur actui jurato derogare velle. *c. constitutus.* 19. *extra de rescriptis.* Matth. de Afflict. *decis.* 5 *n.* 2. Ad hoc autem debitum ut referantur induciæ, opus erit, ut speciatim subjiciatur clausula in rescripto, juramento non obstante. Knichen. *d. loco n.* 461. Nā & Principis dispensationi juramentum subjicitur. Grammat. *decis* 12. *n.* 15. *arg. l.* 6. § *ult.* ubi pro permittitur, ut legatur, remittitur, postulat ratio *l. fin. in pr. ff ad municip.* Ordin. Cam. *part.* 2. *tit* 24. Constit. Elector. Saxon. *part.* 2. *constit.* 36. Zanger. *de exceptione part.* 2. *c.* 1. *n* 427. II. In debito ex causa delicti

delicti. arg. *l.* 4. §. 2. *ff. quod cum eo qui in aliena potest. est. l.* 51. *ff. de re judicat.* Anton. Faber. *d. defnit.* 20. *num.* 1. III. In debito fiscali: Challanæus *Catalogo glor. mund. part.* 5. *consideratur.* 24. *num.* 199. arg. *Novell.* 17. *cap.* 7. §. 1. Antonius Faber. *d. definit.* 20. *num.* 9. absolutè induciarum hic nullum scribit extare usum, sed contrarium apertè probat *l.* 45. §. 10. *ff. de jure fisc.* Hilliger. *ad Donell d. l. lit M.* An præter illum, qui inducias hasce impetravit, per consequentiam, ex etiam aliis prosint? quæstionis non est vulgaris, præsertim in heredibus & fidejussoribus. De illo ita ferè convenit inter Doctores, ut si impetrans inducias moratorias à Principe, intra tempus, ad quod rescriptum se extendit, moriatur, heres ex persona defuncti hoc non gaudeat privilegio. Cujus ratio hæc dari potest, quod privilegium in persona fundatum, ceu accidens, sublata substantia, in qua hærebat, simul corruat, nec personam egrediatur. arg. *l.* 1. §. 2. *ff. de constit. princ. l. in omnibus.* 68. *ff. d. R. I. l.* 191. *eod. t.* Donell. *d. lib.* 22. *con.* 9. Trentacinqu. *d. l. resolut.* 1. *num.* 29. Itaque ut non sibi solùm, sed & heredi prospiciat impetrans, cautio erit, heredis nomen expressè rescripto inseri, quod sine securius eo, ac si solum rescriptum impetrasset. Daß Er/ oder seine Güter intra certum tempus nicht solten von den Creditoribus belästiget werden. Nam utcunque hoc casu privilegium rei quoque datum, atque ita cum re transitorium videri poterat, multa tamen sunt, quæ contrarium probant. Et inprimis quod hereditate aditâ, non amplius dici possint seine scilicet deß verstorbenen Güter / sed proprium heredis patrimonium. 345

Fidejussores quæ concernit quæstio, non de illis exaudienda est, qui concessis induciis moratoriis, obligationi principali accedunt, sed de aliis, qui ante. Otto Melander *comment. Cameral. part.* 2. *titul.* 102. Matth. Stephani *lib.* 2. *de Iurisdict. part.* 1. *cap.* 7. *num.* 394. Fidejussoribus hasce inducias prodesse volunt, ne per eorum latus, principalis pulsetur, ac per indirectum beneficio suo fraudetur. Nec aliorum ex mente obstat, quod certæ personæ beneficium hoc datum sit, Ajunt enim dispositionem ad personam restrictam extendi, quando aliàs persona ista non frueretur eadem: gloss. *in l. ultim. Cod. de muneribus & honor. non continuand. lib.* 10. Surdus *decision.* 301. *num.* 7. Bachovius *in notis ad Treutler. volum.* 2. *disputat.* 24. *thes* 4. *lit* E. ad verba, quinquennalis dilatio, ait, exceptionem hanc non esse merè personalem, sicut bonorum cessionis, aut competentiæ, sed respicere ipsam exactionem, ut aliquo tempore differatur, & se habere ad instar pacti temporalis, ex quo nata exceptio procul dubio fidejussoribus prosit. Et cum creditorum ipsorum, subjungit 346

Idem, consensu hæc dilatio concedi soleat. per *l. ult. C. qui bon. ced poss.* meritò effectum differendi actiones creditorum habere debet, in quorum personam aliàs contra naturam dilationis nihil esset operatura. Facit quod finis dilationis, nullus alius est, nisi ut spatium debitoribus detur, sese recolligendi, & elapso tempore creditorib' satisfaciendi, ut meritò exceptio ordinis, & nondum factæ excussionis, fidejussoribus debeat prodesse. Accedit denique quod aliàs iniqua conditio inferretur fidejussoribus, & ipsis per injuriam auferretur beneficium excussionis, quandoquidem fortassis solvendo esset creditor, & utique pro parte, si prius ad ipsum iretur: & beneficium Principis ita explicandum est, ne
347 tertio inferat præjudicium. Contra maximus eorum est numerus, qui fidejussoribus inducias istas haud prodesse concludunt, quos ex parte videbis apud Hilliger. *d. l. lit. Bb.* & Finckelthausium *d. l. th. 17.* Quorum fundamenta hæc sunt. I. Esse hoc beneficium personale, ex justa commiserationis causa debitori concessum, ergò malè idem ad alios extendi. *d. l. 68. de R. I.* II. Exceptiones personæ cujusque cohærentes non transire ad fidejussores *l. 7. in pr. ff. de exception. l. 24. ff. de re judicata.* III. Creditorem fidejussorem desiderantem id egisse ab initio videri, ut in hunc eventum, cum debitor facultatibus lapsus fuerit, nihilominus debitum suum ab ipso consequi possit. *arg. §. fin. vers. sanè quædam. Instit. de replicat.* Excipiunt casus sequentes. I. quando in rescripto expressa fidejussorum facta mentio, ut ita voluntas & benignitas Principis eos ad hoc beneficium vocaverit. Anton. Faber. *d. l. definit. 14. n. 2.* Hering. *de fidejussor. c. 27. n. 77.* II. quando in precibus impetrantis mora etiam pro fidejussoribus petita, licet postea in rescripto fidejussorum nulla facta mentio. Menoch. *arbitr. jud. quæst. lib. 2. cent. 3. casu 203. num. 26.* III. Quando dilatio motu Principis proprio concessa. Cuchus *de morat. præscript. n. 137.* Hering. *d. c. 27. n. 79.* Hos extra casus cautiones quoq; afferunt alias. I. ut fidejussor conventus, opponat exceptionem ordinis, vel cedendarum actionum; Tunc cum principalis nec excuti, nec jura cedi possint, fidejussorem interim securum permansurum. Trentacinq. *d. l. n. 25.* II. Ut fidejussor principali debitori, litem sibi motam denunciet, hicque ad defensionem fidejussoris compareat, exque persona sua præscriptionem moratoriam objiciat. Trentacinqu. *d. l.* Surdus *decis. 301. n. 16.* Hering. *d. l. n. 78.* Sed nec his quoque cautionibus locum concedunt. I. Si induciæ generales contra omnes creditores indultæ, quia & ipsi fidejussores, creditorum veniunt nomine *arg. l. 1. in fin. ff. de rebus creditis. l. creditorum. 11. ff. de V. S.* Finckelthaus. *th. 16.* II. Quando exceptioni ordinis seu excussionis renunciatum. Coler. *de process. execut. part. 1. cap. 4.*

cap. 4. num 18. & 21. Ubi teſtatur, ſe pluries ita obtinuiſſe. Mihi prior placet affirmantium ſententia, quibus cum, cœteras quoad rationes, tranſeo, excepta, quæ beneficium hoc Principis cum creditorum altera indulgentia, de qua *d. l. ult.* agit, confundit. Hic Principis exuberat gratia, ibi creditorum indulgentia. Quod indicant legis verba, quæ modò creditores quinquennale ſpacium indulgere, modò quinquennales dare inducias debitori aſſerunt: Et ne longus ſim in re ea, quæ mihi ſatis videtur clara, ante omnia expendendam duco deciſionem Novellæ 4. *cap. 1.* quæ talis, ut creditor primo loco convenire debeat Principalem debitorem, & poſt eum deinceps fidejuſſorem. Quando ergò induciis datis debitor Principalis conveniri nequit, utique nec fidejuſſor poterit pulſari. Deinde dubium non eſt, fidejuſſorem, ut & principalem, tunc demum conveniri poſſe, quando ſolutionis terminus venit, aut ſi ante diem debito præfinitum agat creditor, eum pœnam plus tempore petentium incurrere. *l. 1. & 2. Cod. de plus petit.* At induciæ conceſſæ hoc operantur, ut terminus ſolutionis à contrahentibus ante conſtitutus, prorogatus ſit, & intelligatur tunc demum exiſtere, quando induciæ expirant, Ante eum ergò debitum non poterit pati. Facit denique huc *l. 3. §. 1. Cod. de uſuris rei judicatæ l. 27. § 1. ff. de pact.* Quarum legum rationes, præcipuè verò prioris, evidentem nobis videtur ſuppeditare deciſionem eam, peſſimo exemplo inducias principali debitori conceſſas, ejus fidejuſſori denegari. Nec obſtant ea, quæ pro contraria adducuntur ſententia. I. e- 349
nim ut maximè hoc beneficium perſonale dixeris, tamen negare haud valebis illud in rem ſcriptum eſſe, & perſonæ non ſimpliciter conſideratæ, ſed cum qualitate ea, quatenus debito onerata datum, eum in finem, ut debiti terminus prorogetur, ut rectè dici poterit debitum hoc privilegiatum. Unde cum res, ſeu debitum privilegio munitum, beneficium non abſolutè & purè perſonale poterit affirmari: Et quod huic conſequens, fidejuſſori quoque proviſum hoc erit modo. Quod ſi affirmare perrexeris debiti termini reſpectu Principalis tantum, non reſpectu fidejuſſoris prorogatum, inde efficies, ut duriſſima fidejuſſoris reddatur cauſa, ceu contra quem potius induciæ, in effectu datæ, quàm contra creditorem. Senſus enim reſcripti principis idem erit, ac ſi verbis expreſſum, fidejuſſor ſolvat, debitor principalis non ſolvat. Atque ita in duriorem cauſam fidejuſſor aliena voluntate obligabitur, in quam initio contractus ipſe volens non poterat ſalvo fidejuſſoris nomine. *l. 8. §. 7. l. 34. ff. de fidejuſſor.* Erit quoque plus in acceſſione, quàm in principali, contra *§. 5. Inſtit. de fidejuſſor.* II. Conſtat ex dictis, beneficium hoc non perſonæ debitoris abſolutè cohærere, ſed eſſe potius in rem datum, ergò & fidejuſſori

Zz 3

jussori proficuum *d. l. 7. §. 1. ff. de except.* III. Non possumus dicere debitorem verè facultatibus lapsum, cujus facultates nondum nobis licuit excutere. Quod si verò illud post elapsum induciarum terminum apparuerit, vigilantiam creditorum, qua fidejussores consecuti sunt, inanem & frustraneam nemo dixerit. Quibus ita fundatis, exceptionibus supra positis opus non est, nec impediet fidejussorum nullam in rescripto mentionem factam, modò ab eodem expressè non fuerint exclusi. Ideoq; ante principalem conventi regulariter habebunt, quod opponãt, juris non servatum ordinem, creditoremq; ad principalem prius excutiendum ablegabunt. qui cum intra induciarum terminum securus, nec hi inquietari debebunt. Principis mos est beneficia nullius in injuriam tribuere. *l. 4. C. de emancipat. liberor.* At si fidejussor securo debitore, eoq; non excusso posset conveniri, manifesta ei fieret injuria; Sed videtur & creditoribus hoc rescripto injuria fieri, nisi permiserimus eisdem fidejussores ut pulsent? Nulla hîc est eorum injuria, aut si quæ est, levior sanè illa, quàm ut in considerationem trahi debeat. Jus enim creditorum rescripto Principis non tollitur, sed suspenditur, quod facilius est admittere, quàm fidejussorum jus, ne ante principalis excussionem conveniantur, sublatum dicere. Et semper horum intererit suum potius non solvere, quàm solutum repetere. *l. 3. ff. de compensat.* Creditoribus autem generaliter convenit, ut se nec acerbos exactores nec contumeliosos præbeant, sed moderatos & cum efficacia benignos, & cum instantia humanos. *l. 33. in pr. ff. de usuris.* nec statim ad terminum cum sacco parati veniant *l. 105. ff. de solut.* Hoc & humanitas suadet & charitas requirit Christiana. Melander. *comm. Cameral. p. 2. tit. 102.* Vnde justa ex causa à Principe debitori suo concessas inducias, pro iniquis non habebunt, cum interim jus crediti salvum retineant, omnis impediatur præscriptio *arg. l. 1. §. ne autem. 2. C. de annali except.* Trentacinquius *d. resolut. 1. n. 28.* & usuræ quoque currant ipsæ, licet earum æquè ut sortis exactio suspendatur. Anton. Faber. *d. t. 9. definit. 8. & lib. 25. error. pragmatic. 3.* Quod magis est ut sequamur frustra dissentientibus Mollero *lib. 4. semestr. 7. n. 2.* & aliis relatis à Finckelthausio. *th. 40.* Notandum & illud probè monet Hilligerus *d. l. lit. N.* Si interim (e. g. quinquennalibus induciis indultis, post annum, biennium, &c.) ad pinguiorem fortunam pervenerit reus, conveniri eum & excuti posse, cum immunitas propter paupertatem concessa, eà cessante cesset. *l. 4. §. 1. ff. de munerib.* Zobel. *differen. jur. civil. & Saxon. part. 2. diff. 30. num.* 3. Huic ut album adjiciam calculum, vix ausim comparere. Non enim generale est, cessante causa impul-

impulsiva concessionis, cessare concessionem. Tapia *ad. l. fin. de constit. princip. part. 2. c. 4. n. 23.* præsertim si certum & definitum concessioni fuerit adjectum tempus. Hoc lubens largior, si intra terminum induciarum ad pinguiorem fortunam pervenerit debitor, eum solutioné creditori non expectato termino offerre posse, at eodem casu, ut non rescisso privilegio (nam & ubi cessante causa cessat privilegium, sententia rescissoriâ opus, Philip. Francus *d. c. decet de R. I. in 6.*) eum debitorem conveniri posse non crediderim. Interpellandum eum censeo, & si solutionem neget, Principem adeundum, qui ut justa ex causa concessit ad certum tempus privilegium, ita justa ex causa idem poterit tollere atq; coarctare. Hocq; tunc potissimum, si ex indulgentia creditorum fidejussores non dati, unde periculum, si induciarum expectent terminum, fortuna ex matre rursus noverca evadat & quem ad pinguioré nunc pervenisse conditionem cernunt, mox ad ultimam redactum videant maciem.

Præterea ad Principum emolumenta pertinent collectæ & census 351 provinciales, metalli fodinæ, salinæ & alia nonnulla, de quibus Knichen. *dd. tr. de sublimi & regio territorii jure. Et, de Sax. non prov. jure. v. Ducum c. 5.*

CAPUT IX.

De jure proëdriæ, seu de præcedentiæ, & sessionis prærogativa, præcipuè inter Principes & Dynastas.

SUMMARIA.

1. Alexandri dictum.
2. Proprium est Principum de honore certamen.
3. Contentio discipulorum Christi.
4. Disputatum de præcedentia inter Romanam, & Orientalem Ecclesiam.
5. Inter Ecclesiastici ordinis viros in Polonia, quorum aliquando de prærogativa loci contentio.
6. Alia eorundem contentio.
7. Sacri ordinis eadem de re in Gallia quæ disceptatio.
8. Quæ in Italia.
9. Contentio de præcedentia olim agitata inter Orientalem & Occidentalem Imperatorem.
10. Inter legatos Regis Galliarum & Imperatorem diversæ contentiones.
11. Inter Carolum Burgundiæ Ducem & Imperii Electores.
12. Inter Abbatem Fuldensem & Coloniensem Archiepiscopum.
13. Inter Brandenburgicos & Brunsuigos, Bavarum & Saxonem, Hassum & Pomeranum.
14. Inter Bavarum & Rempublicam Venetam.
15. Inter Principem Cimacensem & Principem Arenbergium.
16. Inter Comites Bambergenses & Episcopum VVurzburgensem.
17. In Comitiis Imperii frequentissimæ ejusmodi concertationes.
18. Inter Florentinũ & Ferrariensem celebris de præcedentia concertatio.
19. Inter Alexandrum Farnesium & Cosm. Medicis filium.

rito

rito præferendus alteri, qui eam à minori habet.
80. Ampliatio & limitatio dicti.
81. An dignior qui in Nobiliores dominatum habet.
82. Speronis Speronii opinio.
83. Quid de eo, qui majus territorium tenet?
84. Potentius non protinus dignius.
85. Pierre de Boissat distinguit inter divitias.
86. Sed eidem contradicitur.
87. Quasi possessio in præcedentia magni ponderis.
88. De honoratiori loco in sedendo.
89. Variæ circa eundem consuetudines.
90. De honoratiori loco in procedendo.
91. In deambulando.
92. Dextra an sinistra honoratior?
93. 94. De loco medio variæ consuetudines.
95. Dignior primum se sistit in loco conventui destinato.
96. Dignior primum subscribit, sigillatq;.
97. 98. 99. 101. 102. Juris sui, quoad præcedentiam, conservandi variæ cautelæ.
100. Fichardi error.
103. De judice, & actionibus hujus quæstionis, remissivè.



ALexander ille Magnus, ut autor est Ausonius *in gratiarum* 1
actione ad Gratianum Imp. cum aliquando legisset illos Homeri versus, quibus Hectore provocante è novem ducibus, quibus singulis pugnandi cupiditas erat, unum deligi placeret, sortis libripendio, & anxiis votis Jovem precaretur exercitatus, ut Ajacem, vel Tydei filium, aut ipsum Mycenarum regem sortiri pateretur Agamemnomen, Occiderem, inquit Alexander, illum qui me tertium nominasset. Æqualis honoris & laudis cupiditas 2
tàm bellico quàm pacis tempore illustrioribus innata præcordiis per omnis ævi historias conspicua est, ut verissimè Marzarius *consil. 26. n. 4.* scripserit, Principum proprium esse de honore & gloria certare. Nec verò tantum hoc certamen illis & fuisse & esse, quibus illustrioris dignitatis character externè positus, verum etiam inferioris fortunæ hominibus, quibus interna generosioris naturæ flammula restat, experientia testis est. Contentionem discipulorum Christi, Marcus consignavit. *c. 9.* 3
v. 33. & seqq. De præcedentia inter Romanam & Orientalem Ecclesi- 4
am magna agitata fuit quæstio: Pasquier *des recherch. de la France liur. 3.*
chap. 1. pag. 187. *& pag.* 190. Anno 1449. Mense Decembri, in comitiis 5
Petricoviensibus, magna inter Proceres de prærogativa loci, & sententiæ dicendæ controversia orta est, propter Sbigneum Episcopum, cui à duobus Pontificibus, prius Cardinali Presbytero designato, Nicolaus paulò ante insignia ejus honoris miserat. Nam illo in senatum veniente, Uladislaus Archiepiscopus, ne principem locum amitteret, cum omnibus majorum Polonorum proceribus, qui & ipsi prærogativam illam ad minorem Poloniam à se transferri nolebant, discessit. Volunt etiam Cardinalem Presbyterum, & Diaconum, majorem esse dignatione, quàm Episco-

Episcopum, & Archiepiscopum, atque etiam Patriarcham. Cromerus
6 *de rebus Polon. lib. 22. pag. 334.* Anno 1454. in nuptiis Casimiri Regis Poloniæ cum Elisabetha Alberti Cæsaris filia, contentio inter Archiepiscopum & Sbigneum Cardinalem fuit, de nuptiali ceremonia, uter ejus administer esse deberet: quod ille Archiepiscopus & Primas, hic Cardinalis, & Cracoviensis Episcopus, ubi hæc agebantur, esset. Re diu agitata convenit tandem, ut Johanni Capistrano (Italo) eum honorem deferrent. Sed cum is neque Polonicam, neque Germanicam linguam calleret, ac Sbigneo muneris ejus functionem adjudicaret; Sbigneus utriusque linguæ peritus, cedente Archiepiscopo, id peregit, Archiepiscopus verò sacris operatus, novam Reginam inunxit, ac diademate
7 cinxit. Idem Cromerus *de reb. Polon. lib. 22. pag. 341.* Burdigalensem & Bituricensem Archiepiscopos, in Gallia, de jure primatiæ controvertisse, notum facit *c. exposuit. de dilat. c. venerabilis. de dolo & contumac. c. humilis. de majorit. & obed.* Eodem in Regno olim Senorum Archipræsul cum Lugdunensi certavit de Gallicæ principatu Ecclesiæ. Choppin. *de*
8 *doman. Franciæ lib. 3. tit. 8. num. 5. pag. 507.* In Concilio Episcoporum, quod Clemens Pontifex Henrico II. Imperatori paulò ante inaugurato Anno 1047. pro reformanda Ecclesia coegit, cum Pontifex sedisset, ac Patriarcha Aquileiensis dextram, lævam Ravennas Archiepiscopus occupasset, inclinante jam ad vesperam die Mediolanensis advenit, ac dextram sedem postulavit: Aquileiensi & Ravennate reclamante atque utroque sibi eam deposcente conventus rem cognoscendam esse decrevit. Cum Mediolanensis advocati Concilium Symmachi Pontificis commemorarent, in quo Mediolanensis priore loco sedisset, Hunfridus literas protulit Joannis Pontificis, qui Symmacho successerat, in quibus scriptum erat, id Petri Archiepiscopi Ravennatis submissione Mediolanensi concessum: atque Joannem ipsum sanxisse, ut absente Cæsare dextera Ravennati, præsente sinistra tribueretur. Atque ita partes rogati sententias decreverunt. Sigonius *de Regno Italiæ lib. 8. p. m. 203.*
9 Quid inter Imperatores, Occidentalem & Orientalem, fuerit agitatum, me docuerunt ea, quæ legi apud Goldast. *tom. 1. Constitut. Imper.*
10 *pag. 289. & de majoratu lib. 1. cap. 16. num. 9. pag. 45.* Contentionem inter Oratorem Imperatoris Romani, & Legatum Regis Galliæ, qui illum pro legato Regis Ungariæ haberi voluit, descripsit Heberer *lib. 2. servitut. AEgypt. cap. 50. pag. 314.* Francisci I. Galliarum Regis legati, Caroli V. oratoribus, quod Rex Galliæ Romanorum Regem præcederet, Anno 1521. Caleti prioritatem eripere conati sunt. Kirchner. *de legat.*
11 *lib. 2. cap. 5. num. 74.* Inter Caroli Burgundi & Electorum legatos quid pera-

peractum, retulit Choppin. *de doman. Gallico, lib. 3. tr. 7. n. 13. p. 497.* Et
Buxtorff. *ad A. B. thes. 84. lit b.* Et diximus supra, ubi de Electoribus. 12
Abbas Fuldensis Coloniensem Archiepiscopum aliquando loco dejicere
fuit ausus. Cranzius *lib. 6. Saxon. c. 46.* Ex literis Principum Electorum 13
Anno 1530. Carolo V. inscriptis, certiores reddimur, inter Bavarum &
Saxonem, Brandeburgicum & Brunsuigum, Hassum & Pomeranum de
sessione, processione & statione multos annos varie disceptatum fuisse,
nec in id usque tempus, licet sæpè tentata fuisset, reconciliationem ul-
lam fieri potuisse. Ac contentiones istas adeò exarsisse, ut licet omnes
illic Principes præsentes, ac inter eos ageretur, omnis tamen actio Ele-
ctorum infrugifera & irrita esset futura: Goldast. *tom. 3. constitut. Imper.*
pag. 509. Bavariæ Ducis legatus, cum in Concilio Tridentino de præ- 14
cedentia Venetis litem moveret, admonitus à fratribus, in Conciliis re-
ligionem, non regionis sessionem curari, protestationem de non præju-
dicando addidit, eamque actis inserere petiit: Huic Venetus respondit,
eum & hâc, & alia vice cedere debere, hocq; annotari jussit Petr. Justin.
de reb. Venetis. lib. 14. in fin. Besold. *de legatis. c. 5. n. 7.* Cum Ernestus Dux Ba- 15
variæ, Archiepiscopus Coloniensis, inaugurandus Episcopus Leodius,
Leodium appropinquaret, de loco fuit natum certamen quorundam,
cum quibusdam honoris; aliorum cum aliis modestiæ. Hi contendunt
ne præcedant; illi ut præcedant. Inter Principem Cimacensem, qui est
Ducis Arschotani filius, & Principem Arembergium fuit inprimis levi-
or disceptatio de honore loci, contendebant rationibus, alius aliis: V-
nus se esse Principem Imperii; alter se esse Principem longa serie paren-
tum, nihilque niti alieno Imperii splendore. Disceptatio ne cursum co-
hibeat, rejicitur in Ernestum Principem, & eos, qui emblemata, Princi-
pumque insignia procurant. Ernestus Princeps respondit, rem & acri
mentium permotione & incertis argumentis implicitam tantilli non es-
se temporis, nec hujus loci; rogare ut deponant studia contentionis, as-
sumant modestiæ: addere tamen, se esse Principem Imperii, pompam
esse Imperii, locum, in quo constiterant, esse Imperii urbem, quam in-
gressuri erant, Imperii & privilegio niti & devinciri legibus. Laudant o-
mnes Imperium Principis, quod controversiam ita sustinuerit, ut videa-
tur diremisse; vel potius ita diremerit, ut videatur sustinuisse. Tamen ut
via sepiatur graviori contentioni præfecti insigniorum rogare, ut cedant
alter alteri, magnum honorem illos hodiè delaturos Principi, si alter al-
terum vincat, non honore loci, sed humanitatis officio, & contentione
amoris: paretur cōsilio, ceditq; humaniter, qui noluit vinci abjectè. Rob.
Turnerus *in Triumpho Bavarico p. 137.* Tempore Ludovici IV. Imperatoris

in Francia orientali seditio ex levi causa orta est maxima. Nam Albertus, & ejus fratres Adalbertus, & Henricus Comites Bambergenses, electo Rodolpho Episcopo Würtzbergensi litem moverunt de jure præcedendi, quasi propter familiæ præstantiam majus sibi jus competeret. Episcopus ergò Würtzburgensis nihil cedens de sua magnificentia, fratres suos Eberhardum & Gebhardum in auxilium vocans, itemq; Cunradum Ducem Hassiæ & Franconiæ sibi adjungens, bello decertare, remque armis decernere voluit, in quo prælio Henricus periit, & Adalbertus vivus captus, jussu Gebhardi securi percutitur. Et Eberhardus ex altera parte inter cæsos vulneratus cum esset repertus, domum delatus non diu vixit. Albertus verò fuga sibi consuluit. Sturtius *de Imperio*
17 *German. c. 26. n. 8.* Nullus quoq; dubito, quin omnes auribus vel visu perceperint, singulis ferè Comitiis novarum disputationum & litium clamoribus atria & subsellia personare, ut fallus non fuerit Zamoiscius Magnus Poloniæ Cancellarius, qui dicere solitus, Germanos in suis Comitiis ferè nihil agere, quàm ut de sessionibus digladientur. Kirchn.* *lib. 2. de legat. c. 5. n. 78.* Expressit hoc Mameranus *in fronte descript. investitura Regalium Elector. dignitatis &c.* apud Goldastum *polit. Imperial. part. 6. tr. 5. p. 365. seqq. lineis.*

Etsi Principibus deberet certus haberi
Ordo, loco quo quisq; sedere queat.
(Est Electorum tamen unicus ordo sedendi,
Et certus semper undiq; lite carens.)
Non tamen ad normam cunctis benè convenit unam
Principibus, reliquisq; Imperii Ordinibus.

Et restant vestigia altercationum Recessibus Imperii impressa: R. Absch. *de anno* 1530. §. Item als sich im Anfang. Reichs Absch. zu Speyer *de anno* 1542. §. Als sich auch etliche Fürsten. Et *de anno* 1544. §. Vnnd nach dem in solcher versamblung. Et *in ead. Constit.* §. Wiewol auch auff diesen vnsern. Et §. Vnd als sich im anfang. Celebris est, inter alias, Florentini, & Ferrariensis, Ducum in Italia, de præeminentia concertatio, ** quæ nobilissima aliquot JCt. exercuit ingenia, Deciani puta, Marzarii, Cravettæ, Cephali Leonini & si qui sunt alii! Cum Cosmi Medices filius an. 1562. in aula Philippi Regis Hispaniæ esset, accidit, ut cũ Alexã-

* Der *sessien* wegen seind ein theil in der güte verglichen/ theils habens auff die außträge gestellet/ die andern aber schweben noch in jhrer vnrichtigkeit. R. A. de anno 1570. §. zum letsten.

** *Marzarius* consil. 26. *Leonin.* consil. 1. *Modest. Pistor.* cons. 28. volum. 1. *Decian.* cons. 19. vol. 5. *Portius* vol. 2. consil. 167. *Gigas* consil. 20. *Natta* consil. 637. *Cravetta* consil. 982.

dro Farnesio, Octavii Parmensis, & Margaritæ, Philippi sororis, filio, de honoratiori loco in consessibus publicis altercatus sit. Quod eò magis molestum ei fuit, quod superiori tempore dum amicè in speciem in ea aula viverent, Farnesius Florentino Principi semper cessisset. A Farnesio obtendebatur, quod Margaritæ Philippi sororis filius esset, eoque nomine principem locum ante Florentinum sibi deberi contendebat; alioqui si Principatuum ratio habeatur, multis partibus Farnesius Florentino inferior censebatur, quippe qui ultimus inter Italiæ duces habeatur. Tūc & agitata eadem quæstio in Italia, & apud nos inter Cosmum & Alfonsum Ferrariensem generum, scriptis utrinq; editis. Atestini familiæ antiquitatem, quâ omnibus Italię Principibus procul dubio antestant, & Principatus dignitatem ingerebant; his contra rationibus nitebatur Cosmus, quod Reipubl. Florentinæ loco esset, quæ semper Ferrariæ ducibus designatione præivisset, & cum Borsus I. Ferrariæ Dux, à Paulo II. creatus esset, ab eo tempore multoties ab iisdem Pontificibus is dignitatis titulus Atestinis Principibus abrogatus esset, ac tunc præcipuè, cum Cosmus Dux Florentinorum à Carolo V. constitutus fuerat, inde fieri, ut sive Principatus dignatio, sive ditionis amplitudo spectaretur, sive dignitatis titulus, quo Alfonsus, Alfonsi avus, tunc privatus erat, cum ipse & ante eum Alexander eo insignitus est, meritò princeps locus sibi deberetur. His rationibus sive speciosis sive veris apud nos favore Reginæ sublevatus, tandem obtinuit. In Hispania verò post contractam cum Austriaca domo adfinitatem, nullo negotio eandem gratiam à Philippo impetravit, inde tractu temporis Romæ posteà, & deniq; apud Rempubl. Venetam Franciscus post Cosmi mortem fortunæ beneficio eundem locum tenuit. Thuan. *lib. 32. p. 605.* Vide omninò eundem *lib. 44. p. 826. & pag.* 873. Contra morem sessionis, inter pares Curiæ, & sanguinis regii 20
Principes, primi insurrexerunt Lotaringi, Guisiusq; Anno 1561. tenuit, ut post Navarrum ante Mompenserium sederet, cum præjudiciis ageret, diceretque eundem se locum Francisco II. Rege nuper, & antea parentem suum in Henrici inauguratione tenuisse, ea contentione effectum, ut Regina quàm de Borbonio secura, tam de liberis suis sollicita, Alexandrum proximum regis fratrem, qui posteà Henricus dictus est, principem locum ante Navarrum, alioqui titulis, si eorum ratio habita fuisset, potiorem tenere voluerit, quod in Francisci inauguratione factita- 21
tum non fuerat. Thuan. *lib. 28. p. 531. in fin.* In Comitiis ad Germani fanum Anno 1584. de sedendi prærogativa certarunt Ludovicus Guisianus 22
& Cardinalis Borbonius. Thuan. *lib. 3. de vita sua. pag.* 1196. Cum Henricus IV. in certa quædam jurasset capitula, eaque scripto comprehen-

Herera. l. 8. de la hist. gener. c. 3. p. 461.

Galliarum persuadere conatus fuit. Caspar Colignius, ut Thuanus refert. Et apud Herretam *lib. 3. dela historia general. cap. 34. cum d. ff. 241.* quando Anno 1556. ab Hispano Galliæ Rege præcedentiæ quæstio mota fuisset, ejusdē responsum ad Venetos hoc legimus, que siendo su costumbre emprender una guerra por palmos de tierra, emprendoria ciento por la honra. Sunt quibus inde ansa data Lactantio *de justitia lib. 5. cap. 15. p. m. 192.* dicere; contentione de dignitate nihil fœdius, nihil arrogantius, nihil à sapientis ratione semotius esse: Et illud Salvatoris ingeminare, væ vobis Pharisæi, quia diligitis primas cathedras in Synagogis, &
35 salutationes in foro. *Luc. 11. vers. 43.* Verum hæc, & alia, me eò non inducunt, ut author ulli velim existere, vel minimum de suo jactare jure, & honore instar decoctoris cedere. Si enim eum injustum & crudelem dicimus, qui sanguinem negligit suum, illaudabilem illum, qui bona sua non conservat nec defendit, cur non omnium abjectissimum habebimus eum, qui honorem, alterum istum sanguinem, non calidè fovet, & à se vel majoribus suis benè partum, non benè propugnat? Multum tamen hic interesse non diffiteor inter insolentiam incuriosam, & diligentiam non ambitiosam, ut verbis JCti *in l. 33. in princ. ff. de usur. & fruct.* agam. Is vitium incurrit, qui ambitioso tumore eò fertur, ut alteri debitum honoris locum audax sit præripere, non idem ille, qui sibi debitum humanè exposcit, insolentèr negatum, aut interversum diligen-
36 ter tuetur. *On dit bien que la souueraine loy c'est le salut du peuple: mais celle du respect du Prince, & du rang qu'il doit, tenir sur les autres, est tousiours immuable. Il y a des loix qui sont mortelles, & d'autres, qui ne meurent jamais: celles la ont leur dureé selon le tēps: la necessitè rend celles cy tousiours durables pour le perpetuel bien que l'on trouue en leur obseruation, comme disoit Lucius Valerius haranguant contre la loy Oppienne. De la condition des loix immortelles est le droit de la preseance, celuy qui en souffre la diminution est indigne de l'accroissement.* Pierre Matthieu. *en l'histoire de France &c. & d'Henry IV. lib. 1. narrat. ult. p. 191.* Rectè salus populi suprema lex dicitur; illa verò quæ Principis respectum concernit, & ei attributum præ aliis honoris locum, immutabilis semper. Prostant leges quæ occiduæ & mortales, prostant & aliæ, quæ perpetuæ & perennes. Illæ ut temporis fert cursus durant, necessitas has immortales constituit, bonum ob perpetuum, quod harum observationi adhæret, ut dicebat Lucius Valerius contra legem Oppiam. Immortalium legum natura jus præcedentiæ notatum, cujus qui diminutionem perfert indi-

gnus

gnus eo augmento. Divisionem hoc jus respuit, *car en ce questions on ore peut rien quitte, qu on ne perde tout*, iterum ait modò laudatus Galliæ Historicus *d. tom* 1. *livr.* 3. *narrat.* 5. *p.* 668. In quæstionibus de præcedentia tantillum si remiseris, totum perdes. Ut autem certum est & ap- 37.
parens, naturam ipsam homini inter animalia præcedentiam contulisse: Ita contrà multis involutum tenebris, hominum (eos seu gentes consideres, seu cives) constitutio, quas notas regulasvé inter ipsos præcedentiæ posuerit. Disputat hac de re Speron. Speronius *discorso della precedenza de Principi*, quem si audire ut Prætorem constituerimus, actũ erit de licentia nostra. Nec enim oratori aut legum cultori aliud quàm 38.
silentium hisce in quæstionibus addicit. Nobilibus contrà bonæ fidei & veritatis ac pacis orbis Christiani amatoribus dicendi facit copiam. Verum dum nobilium hîc expectamus operam, veritatem venari cuilibet æstimamus liberum, etiamsi pullatam plebem judicem non constituamus. Si quæ, varios ob rationum fluctus, materia difficilis, & intricata est, sanè hæc nostra de præcedentia disputatio est. Non enim solum varia à Dd. eam in rem conscripta sunt axiomata, verùm & diversissimæ quandóq; considerationes rerum, personarum, locorumq; surgunt, ut non rarò, si quæ antea immota videri poterat Regula, si à thesi ad hypothesin transeas, officium perdat suum. Inter illos, qui jura civilia, & quæ exinde sunt, principia ignorant, spernuntq;, sola juris gentium spectanda erit æquitas. Cæteros inter mortales, à quibus jus ci- 40.
vile excultum atq; receptum est, ut maximè idem hisce etiam in controversiis suum obtineat quandoq; vigorem, non tamen semper illud quod scriptum, certam nobis suppeditare regulam valens est. Quippe immutatis cum Imperii forma dignitatibus, multa juris axiomata sublata simul. Unde qui de præcedentia disquirere constituit, in regulis ex jure civili extrahendis cautus esse debet, atq; ad præsentem se conformans rerum Statum, à sapientioribus quid hanc in rem annotatum sit, deliberato perpendere animo. Non enim & ab his omne quod adductum videt, veritate sua niti deprehensum est. Generalis, & prima omnium ferè, hac in materia Regula est: Digniores cæteris præferen- 41.
dos *leg.* 1. *ff. de albo scribendo l. fin. ff. de fide instrumentor.* Atq; hoc in generali dum versamur axiomate, res satis expedita est Quando verò ad speciem deflectimus, & in id inquirimus, altero unde quis dignior, probari possit, ad varia ut advertamus necesse est. Quandoq; enim natura ipsa, & inde deductum jus dignitatis characterem posuit, dum hominem cæteris animantibus excellentiorem dedit, & inter eosdem masculum fœminæ prælatum voluit, patrem liberis, dominum servis, magistra-

justiori proficuum *d. l. 7. §. 1. ff. de except.* III. Non possumus dicere debitorem verè facultatibus lapsum, cujus facultates nondum nobis licuit excutere. Quod si verò illud post elapsum induciarum terminum apparuerit, vigilantiam creditorum, qua fidejussores consecuti sunt, inanem & frustraneam nemo dixerit. Quibus ita fundatis, exceptionibus supra positis opus non est, nec impediet fidejussorum nullam in rescripto mentionem factam, modò ab eodem expresse non fuerint exclusi. Ideoq; ante principalem conventi regulariter habebunt, quod opponãt, juris non servatum ordinem, creditoremq; ad principalem prius excutiendum ablegabunt. qui cum intra induciarum terminum securus, nec hi inquietari debebunt. Principis mos est beneficia nullius in injuriam tribuere. *l. 4. C. de emancipat. liberor.* At si fidejussor securo debitore, eoq; non excusso posset conveniri, manifesta ei fieret injuria; Sed videtur & creditoribus hoc rescripto injuria fieri, nisi permiserimus eisdem fidejussores ut pulsent? Nulla hîc est eorum injuria, aut si quæ est, levior sanè illa, quàm ut in considerationem trahi debeat. Jus enim creditorum rescripto Principis non tollitur, sed suspenditur, quod facilius est admittere, quàm fidejussorum jus, ne ante principalis excussionem conveniantur, sublatum dicere. Et semper horum intererit suum potius non solvere, quàm solutum repetere. *l. 3. ff. de compensat.* Creditoribus autem generaliter convenit, ut se nec acerbos exactores nec contumeliosos præbeant, sed moderatos & cum efficacia benignos, & cum instantia humanos. *l. 33. in pr. ff. de usuris.* nec statim ad terminum cum sacco parati veniant *l. 105. ff. de solut.* Hoc & humanitas suadet & charitas requirit Christiana. Melander. *comm. Cameral. p. 2. tit. 102.* Vnde justa ex causa à Principe debitori suo concessas inducias, pro iniquis non habebunt, cum interim jus crediti salvum retineant, omnis impediatur præscriptio *arg. l. 1. §. ne autem. 2. C. de annali except.* Trentacinquius *d. resolut. 1. n. 28.* & usuræ quoque currant ipsæ, licet earum æquè ut sortis exactio suspendatur. Anton. Faber. *d. t. 9. definit. 8. & lib. 25. error. pragmatic. 3.* Quod magis est ut sequamur frustra dissentientibus Mollero *lib. 4. semestr. 7. n. 2.* & aliis relatis à Finckelthausio. *th. 40.* Notandum & illud probè monet Hilligerus *d. l. lit. N.* Si interim (e. g. quinquennalibus induciis indultis, post annum, biennium, &c.) ad pinguiorem fortunam pervenerit reus, conveniri eum & excuti posse, cum immunitas propter paupertatem concessa, eâ cessante cesset. *l. 4. §. 1. ff. de munerib.* Zobel. *different. jur. civil. & Saxon. part. 2. diff. 30. num. 3.* Huic ut album adjiciam calculum, vix ausim comparere. Non enim generale est, cessante causa impul-

impulsiva concessionis, cessare concessionem. Tapia *ad. l. fin. de constit. princip. part. 2. c. 4. n. 23.* præsertim si certum & definitum concessioni fuerit adjectum tempus. Hoc lubens largior, si intra terminum induciarum ad pinguiorem fortunam pervenerit debitor, eum solutioné creditori non expectato termino offerre posse, at eodem casu, ut non rescisso privilegio (nam & ubi cessante causa cessat privilegium, sententia rescissoriâ opus, Philip. Francus *d. c. decet de R. l. in 6.*) eum debitorem conveniri posse non crediderim. Interpellandum eum censeo, & si solutionem neget, Principem adeundum, qui ut justa ex causa concessit ad certum tempus privilegium, ita justa ex causa idem poterit tollere atq; coarctare. Hocq; tunc potissimum, si ex indulgentia creditorum fidejussores non dati, unde periculum, si induciarum expectent terminum, fortuna ex matre rursus noverca evadat & quem ad pinguioré nunc pervenisse conditionem cernunt, mox ad ultimam redactum videant maciem.


Præterea ad Principum emolumenta pertinent collectæ & census 351 provinciales, metalli fodinæ, salinæ & alia nonnulla, de quibus Knichen. *dd. tr. de sublimi & regio territorii jure. Et, de Sax. non prov. jure. v. Ducum c. 5.*

CAPUT IX.

De jure proëdriæ, seu de præcedentiæ, & sessionis prærogativa, præcipuè inter Principes & Dynastas.

SVMMARIA.

1. Alexandri dictum.
2. Proprium est Principum de honore certamen.
3. Contentio discipulorum Christi.
4. Disputatum de præcedentia inter Romanam, & Orientalem Ecclesiam.
5. Inter Ecclesiastici ordinis viros in Polonia, quorum aliquando de prærogativa loci contentio.
6. Alia eorundem contentio.
7. Sacri ordinis eadem de re in Gallia quę disceptatio.
8. Quæ in Italia.
9. Contentio de pręcedentia olim agitata inter Orientalem & Occidentalem Imperatorem.
10. Inter legatos Regis Galliarum & Imperatorem diversæ contentiones.
11. Inter Carolum Burgundiæ Ducem & Imperii Electores.
12. Inter Abbatem Fuldensem & Coloniensem Archiepiscopum.
13. Inter Brandenburgicos & Brunsuigos, Bavarum & Saxonem, Hassum & Pomeranum.
14. Inter Bavarum & Rempublicam Venetam.
15. Inter Principem Cimacensem & Principem Arenbergium.
16. Inter Comites Bambergenses & Episcopum VVurzburgensem.
17. In Comitiis Imperii frequentissimæ ejusmodi concertationes.
18. Inter Florentinũ & Ferrariensem celebris de præcedentia concertatio.
19. Inter Alexandrum Farnesium & Cosmi Medicis filium.



Lexander ille Magnus, ut autor est Ausonius *in gratiarum actione ad Gratianum Imp.* cum aliquando legisset illos Homeri versus, quibus Hectore provocante è novem ducibus, quibus singulis pugnandi cupiditas erat, unum deligi placeret, sortis libripendio, & anxiis votis Jovem precaretur exercitatus, ut Ajacem, vel Tydei filium, aut ipsum Mycenarum regem sortiri pateretur Agamemnonem, Occiderem, inquit Alexander, illum qui me tertium nominasset. Æqualis honoris & laudis cupiditas tàm bellico quàm pacis tempore illustrioribus innata præcordiis per omnis ævi historias conspicua est, ut verissimè Marzarius *consil.* 26. *n.* 4. scripserit, Principum proprium esse de honore & gloria certare. Nec verò tantum hoc certamen illis & fuisse & esse, quibus illustrioris dignitatis character externè positus, verum etiam inferioris fortunæ hominibus, quibus interna generosioris naturæ flammula restat, experientia testis est. Contentionem discipulorum Christi, Marcus consignavit. *c.* 9. *v.* 33. *& seqq.* De præcedentia inter Romanam & Orientalem Ecclesiam magna agitata fuit quæstio: Pasquier *des recherch. de la France livr.* 3. *chap.* 1. *pag.* 187. *& pag.* 190. Anno 1449. Mense Decembri, in comitiis Petricoviensibus, magna inter Proceres de prærogativa loci, & sententiæ dicendæ controversia orta est, propter Sbigneum Episcopum, cui à duobus Pontificibus, prius Cardinali Presbytero designato, Nicolaus paulò ante insignia ejus honoris miserat. Nam illo in senatum veniente, Uladislaus Archiepiscopus, ne principem locum amitteret, cum omnibus majorum Polonorum proceribus, qui & ipsi prærogativam illam ad minorem Poloniam à se transferri nolebant, discessit. Volunt etiam Cardinalem Presbyterum, & Diaconum, majorem esse dignatione, quàm

1 (beside "Lexander"), 2 (beside "Æqualis"), 3 (beside "Contentionem"), 4 (beside "De præcedentia"), 5 (beside "Anno 1449")

Episcopum, & Archiepiscopum, atque etiam Patriarcham. Cromerus
6 *de rebus Polon. lib. 22. pag. 334.* Anno 1454. in nuptiis Casimiri Regis Po-
loniæ cum Elisabetha Alberti Cæsaris filia, contentio inter Archiepisco-
pum & Sbigneum Cardinalem fuit, de nuptiali ceremonia, uter ejus
administer esse deberet: quod ille Archiepiscopus & Primas, hic Cardi-
nalis, & Cracoviensis Episcopus, ubi hæc agebantur, esset. Re diu agi-
tata convenit tandem, ut Johanni Capistrano (Italo) eum honorem de-
ferrent. Sed cum is neque Polonicam, neque Germanicam linguam
calleret, ac Sbigneo muneris ejus functionem adjudicaret; Sbigneus
utriusque linguæ peritus, cedente Archiepiscopo, id peregit, Archie-
piscopus verò sacris operatus, novam Reginam inunxit, ac diademate
7 cinxit. Idem Cromerus *de reb. Polon. lib. 22. pag. 341.* Burdigalensem &
Bituricensem Archiepiscopos, in Gallia, de jure primatiæ controvertis-
se, notum facit *c. exposuit. de dilat. c. venerabilis de dolo & contumac. c. hu-
milis. de majorit. & obed.* Eodem in Regno olim Senorum Archipræsul
cum Lugdunensi certavit de Gallicæ principatu Ecclesiæ. Choppin. *de*
8 *doman. Franciæ lib. 3. tit. 8. num. 5. pag. 507.* In Concilio Episcoporum,
quod Clemens Pontifex Henrico II. Imperatori paulò ante inaugurato
Anno 1047. pro reformanda Ecclesia coegit, cum Pontifex sedisset, ac
Patriarcha Aquileiensis dextram, lævam Ravennas Archiepiscopus oc-
cupasset, inclinante jam ad vesperam die Mediolanensis advenit, ac dex-
tram sedem postulavit: Aquileiensi & Ravennate reclamante atque
utroque sibi eam deposcente conventus rem cognoscendam esse decre-
vit. Cum Mediolanensis advocati Concilium Symmachi Pontificis com-
memorarent, in quo Mediolanensis priore loco sedisset, Hunfridus lite-
ras protulit Joannis Pontificis, qui Symmacho successerat, in quibus
scriptum erat, id Petri-Archiepiscopi Ravennatis submissione Medio-
lenensi concessum: atque Joannem ipsum sanxisse, ut absente Cæsare
dextera Ravennati, præsente sinistra tribueretur. Atque ita partes ro-
gati sententias decreverunt. Sigonius *de Regno Italiæ lib. 8. p. m. 2[illegible]3.*
9 Quid inter Imperatores, Occidentalem & Orientalem, fuerit agita-
tum, me docuerunt ea, quæ legi apud Goldast. *tom. 1. Constitut. Imper.*
10 *pag. 285. & de majoratu lib. 1. cap. 16. num. 9. pag. 45.* Contentionem inter
Oratorem Imperatoris Romani, & Legatum Regis Galliæ, qui illum
pro legato Regis Ungariæ haberi voluit, descripsit Heberer *lib. 2.
servitut. AEgypt. cap 50 pag. 314.* Francisci I. Gallorum Regis legati, Ca-
roli V. oratoribus, quod Rex Galliæ Romanorum Regem præcederet,
Anno 1521. Caleti prioritatem eripere conati sunt. Kirchner. *de legat.*
11 *lib. 2. cap. 5. num. 74.* Inter Caroli Burgundi & Electorum legatos quid
pera-

peractum, retulit Choppin. *de doman. Gallico, lib. 3. tr. 7. n. 13. p. 497.* Et
Buxtorff. *ad A. B. thes. 84. lit b.* Et diximus supra, ubi de Electoribus. 12
Abbas Fuldensis Coloniensem Archiepiscopum aliquando loco depellere
fuit ausus. Cranzius *lib. 6. Saxon. c. 46.* Ex literis Principum Electorum 13
Anno 1530. Carolo V. inscriptis, certiores reddimur, inter Bavarum &
Saxonem, Brandeburgicum & Brunsuigum, Hassum & Pomeranum de
sessione, processione & statione multos annos variè disceptatum fuisse,
nec in id usque tempus, licet sæpè tentata fuisset, reconciliationem ul-
lam fieri potuisse. Ac contentiones istas adeò exarsisse, ut licet omnes
illic Principes præsentes, ac inter eos ageretur, omnis tamen actio Ele-
ctorum infrugifera & irrita esset futura: Goldast. *tom. 3. constitut. Imper.
pag. 509.* Bavariæ Ducis legatus, cum in Concilio Tridentino de præ- 14
cedentia Venetis litem moveret, admonitus à fratribus, in Conciliis re-
ligionem, non regionis sessionem curari, protestationem de non præju-
dicando addidit, eamque actis inserere petiit: Huic Venetus respondit,
eum & hâc, & alia vice cedere debere, hocq; annotari jussit Petr. Justin.
de reb. Venetis. lib. 14. in fin. Besold. *de legatis. c. 5. n. 7.* Cum Ernestus Dux Ba- 15
variæ, Archiepiscopus Coloniensis, inaugurandus Episcopus Leodius,
Leodium appropinquaret, de loco fuit natum certamen quorundam,
cum quibusdam honoris; aliorum cum aliis modestiæ. Hi contendunt
ne præcedant; illi ut præcedant. Inter Principem Cimacensem, qui est
Ducis Arschotani filius, & Principem Arembergium fuit inprimis levi-
or disceptatio de honore loci, contendebant rationibus, alius aliis: V-
nus se esse Principem Imperii; alter se esse Principem longa serie paren-
tum, nihilque niti alieno Imperii splendore. Disceptatio ne cursum co-
hibeat, rejicitur in Ernestum Principem, & eos, qui emblemata, Princi-
pumque insignia procurant. Ernestus Princeps respondit, rem & acri
mentium permotione & incertis argumentis implicitam tantilli non es-
se temporis, nec hujus loci; rogare ut deponant studia contentionis, as-
sumant modestiæ: addere tamen, se esse Principem Imperii, pompam
esse Imperii, locum, in quo constiterant, esse Imperii urbem, quam in-
gressuri erant, Imperii & privilegio niti & devinciri legibus. Laudant o-
mnes Imperium Principis, quod controversiam ita sustinuerit, ut videa-
tur diremisse; vel potius ita diremerit, ut videatur sustinuisse. Tamen ut
via sepiatur graviori contentioni præfecti insigniorum rogare, ut cedant
alter alteri, magnum honorem illos hodiè delaturos Principi, si alter al-
terum vincat, non honore loci, sed humanitatis officio, & contentione
amoris: paretur cōsilio, ceditq; humaniter, qui noluit vinci abjectè. Rob.
Turnerus *in Triumpho Bavarico p. 137.* Tempore Ludovici IV. Imperatoris

in Francia orientali ſeditio ex levi cauſa orta eſt maxima. Nam Albertus, & ejus fratres Adalbertus, & Henricus Comites Bambergenſes, electo Rodolpho Epiſcopo Würtzbergenſi litem moverunt de jure præcedendi, quaſi propter familiæ præſtantiam majus ſibi jus competeret. Epiſcopus ergò Würtzburgenſis nihil cedens de ſua magnificentia, fratres ſuos Eberhardum & Gebhardum in auxilium vocans, itemq; Cunradum Ducem Haſſiæ & Franconiæ ſibi adjungens, bello decertare, remque armis decernere voluit, in quo prælio Henricus periit, & Adalbertus vivus captus, juſſu Gebhardi ſecuri percutitur. Et Eberhardus ex altera parte inter cæſos vulneratus cum eſſet repertus, domum delatus non diu vixit. Albertus verò fuga ſibi conſuluit. Sturtius *de Imperio*
17 *German. c. 26. n. 8.* Nullus quoq; dubito, quin omnes auribus vel viſu perceperint, ſingulis ferè Comitiis novarum diſputationum & litium clamoribus atria & ſubſellia perſonare, ut falſus non fuerit Zamoiſcius Magnus Poloniæ Cancellarius, qui dicere ſolitus, Germanos in ſuis Comitiis ferè nihil agere, quàm ut de ſeſſionibus digladientur. Kirchn.* *lib. 2. de legat. c. 5. n. 78.* Expreſſit hoc Mameranus *in fronte deſcript. inveſtitura Regalium Elector. dignitatis &c.* apud Goldaſtum *polit. Imperial. part. 6. tr. 5. p. 365. ſeqq. lineis.*

Etſi Principibus deberet certus haberi
Ordo, loco quo quisq; ſedere queat.
(Eſt Electorum tamen unicus ordo ſedendi,
Et certus ſemper undiq; lite carens.)
Non tamen ad normam cunctis benè convenit unam
Principibus, reliquisq; Imperii Ordinibus.

Et reſtant veſtigia altercationum Receſſibus Imperii impreſſa: R. Abſch. *de anno* 1530. §. Item als ſich im Anfang. Reichs Abſch. zu Speyer *de anno* 1542. §. Als ſich auch etliche Fürſten. Et *de anno* 1544. §. Unnd nach dem in ſolcher verſamblung. Et *in ead. Conſtit.* §. Wiewol auch auff dieſen unſern. Et §. Und als ſich im anfang. Celebris eſt, inter alias, Florentini, & Ferrarienſis, Ducum in Italia, de præeminentia concertatio, ** quæ nobiliſſima aliquot JCt. exercuit ingenia, Deciani puta, Marzarii, Cravettæ, Cephali Leonini & ſi qui ſunt alii! Cum Coſmi Medices filius an. 1562. in aula Philippi Regis Hiſpaniæ eſſet, accidit, ut cũ Alexã-

* Der *ſeſſion* wegen ſeind ein theil in der güte verglichen/ theils habens auff die außträge geſtellet/ die andern aber ſchweben noch in jhrer unrichtigkeit. R. A. de anno 1570. §. zum letſten.

** *Marzarius* conſil. 26. *Leonin.* conſil. 1. *Modeſt. Piſtor.* conſ. 28. volum. 1. *Decian.* conſ. 19. vol. 3. *Portius* vol. 2. conſil. 167. *Gigas* conſil. 20. *Natta* conſil. 637. *Cravetta* conſil. 982.

dro Farnesio, Octavii Parmensis, & Margaritæ, Philippi sororis, filio, de honoratiori loco in consessibus publicis altercatus sit. Quod eò magis molestum ei fuit, quod superiori tempore dum amicè in speciem in ea aula viverent, Farnesius Florentino Principi semper cessisset. A Farnesio obtendebatur, quod Margaritæ Philippi sororis filius esset, eoque nomine principem locum ante Florentinum sibi deberi contendebat; alioqui si Principatuum ratio habeatur, multis partibus Farnesius Florentino inferior censebatur, quippe qui ultimus inter Italiæ duces habeatur. Tūc & agitata eadem quæstio in Italia, & apud nos inter Cosmum & Alfonsum Ferrariensem generum, scriptis utrinq; editis. Atestini familiæ antiquitatem, quâ omnibus Italię Principibus procul dubio antestant, & Principatus dignitatem ingerebant; his contra rationibus nitebatur Cosmus, quod Reipubl. Florentinæ loco esset, quæ semper Ferrariæ ducibus designatione præivisset, & cum Borsus I. Ferrariæ Dux, à Paulo II. creatus esset, ab eo tempore multoties ab iisdem Pontificibus is dignitatis titulus Atestinis Principibus abrogatus esset, ac tunc præcipuè, cum Cosmus Dux Florentinorum à Carolo V. constitutus fuerat, inde fieri, ut sive Principatus dignatio, sive ditionis amplitudo spectaretur, sive dignitatis titulus, quo Alfonsus, Alfonsi avus, tunc privatus erat, cum ipse & ante eum Alexander eo insignitus est, meritò princeps locus sibi deberetur. His rationibus sive speciosis sive veris apud nos favore Reginæ sublevatus, tandem obtinuit. In Hispania verò post contractam cum Austriaca domo adfinitatem, nullo negotio eandem gratiam à Philippo impetravit, inde tractu temporis Romæ posteà, & deniq; apud Rempubl. Venetam Franciscus post Cosmi mortem fortunæ beneficio eundem locum tenuit. Thuan. *lib. 32. p. 605.* Vide omninò eundem *lib. 44. p. 826. & pag.* 873. Contra morem sessionis, inter pares Curiæ, & sanguinis regii 20 Principes, primi insurrexerunt Lotaringi, Guisiusq; Anno 1561. tenuit, ut post Navarrum ante Mompenserium sederet, cum præjudiciis ageret, diceretque eundem se locum Francisco II. Rege nuper, & antea parentem suum in Henrici inauguratione tenuisse, ea contentione effectum, ut Regina quàm de Borbonio secura, tam de liberis suis sollicita, Alexandrum proximum regis fratrem, qui posteà Henricus dictus est, principem locum ante Navarrum, alioqui titulis, si eorum ratio habita fuisset, potiorem tenere voluerit, quod in Francisci inauguratione factitatum non fuerat. Thuan. *lib. 28. p. 131. in fin.* 21 In Comitiis ad Germani fanum Anno 1584. de sedendi prærogativa certarunt Ludovicus Guisianus 22 & Cardinalis Borbonius. Thuan. *lib. 3. de vita sua. pag. 1196.* Cum Henricus I V. in certa quædam jurasset capitula, eaque scripto comprehen-

Herera. l. 8. de la hist. gener. c. 3. p. 461.

sa ab illis, qui eum sequebantur, subscriptaq; essent, multi tamen ex iis, qui aderant, proceribus, quanquam factum summoperè probarent, & urgerent, ne loci & ordinis sui prærogativæ, qua de re nunquam quidquã certi apud nos definitum fuit, præjudicium facerent, non subscripsêre, & in iis Joh. Ludovicus Nogarenus Espernonius, qui post Bironum & Aumontium, quos ille tanquam Dux & Franciæ par dignitate anteibat, nomen suum scripto apponere recusavit; Cum illi contra quod in exercitu essent, pro ratione muneris imperium in cœteros belli duces habere præ se ferrent, ideoq; in subscribendo primum locum post Principes familias sibi deberi contenderent, quod & obtinuerunt. Thuan. *lib. 97. histor. p. 318.*
23 *ad an. 1589.* Henricus, Duc de Joyeuse, in conventu Statuum Galliæ Narbonensis, cum Duce de Vanta-dour de præcedentia litem agitavit: Pierre Matthieu *livr 2. del' histoire, de France & du Regne de Henry IV. narrat. 1.*
24 *p. 275.* Ganguinus *lib. 9. histor. Franc. c. 3 de coronat. Caroli VI. Regis*, Rege, ait, consecrato, cum ad convivii locum ventum est, Principibus incidit de sessionis ordine, atq; prælatione controversia. Nam Dux Andegavus ætate grandior, Philippo Duci Burgundiæ anteire contendebat. Philippus Parem, & Parium Decanum se esse, atq; propterea primam sibi post Regem deberi sedem argumentabatur. Eam litem consultatione Procerum habita Rex diremit, & Philippo recubitum primum, quatenus ad præsens negotium attinebat, decernit. Quare offensus Andegavus, Regi proximum nihilominus locum usurpat. At Philippus nihil cunctatus, medius inter Regem Andegavumq; insilit, recubuitq;. Quo facto, vel audaci te-
25 meritate; Audacis cognomen adeptus est. Quoties verò & quanta animorum pertinacia inter Legatos Regis Gallorum atq; Regis Hispaniæ præcedentia fuerit disputata, non est quod tot post historicos hic notem.
26 Sed & inter Anglum & Hispanum de præcedentia concertatio aliquoties fuit, & tempore Elisabethæ heroinæ Anglicæ, noluerunt Angli concedere *la preseance aux Espagnols*: Pierre Matthieu *d. tr. livr. 1. narrat. ult. p. 191.* Vt & inter Regem Poloniæ atq, Regem Portugalliæ, Anno 1557. Herrera *lib. 4 dela histor. gener. c. 24. p. 318.* ubi jure temporis Romæ pro Partum Gallo judicatum scribit. Atq, eodem anno inter Ducem Mantuanũ
27 atq; Ducem Vrbini. Herrera *d. l.* Nec tantum quæstio præcedentiæ Principes inter ipsos terminum habet, verũ etiam gens genti, provincia provinciæ, civitas civitati, ordo ordini præferri anhelat. Aliquot inter nationes tempore Caroli V. Antverpiæ de præcedentia quid actum, supra *lib. 1. c. 6.* ex Guicciardino *in descript. Belgii p. 78.* retuli. Parmensi, qui Belgio præfuit, mortuo cum Rigiaci magna pompa parentaretur, P. Ernesto Mansfeldio cadaver sequente, altercatio inter Italos & Hispanos exorta, utri
præce-

præcederent: Itali tamen pervicerunt, ut in exequiis sui Imperatoris, qui
intermortuam militaris scientiæ in Italia gloriam non solum renovasset, sed supra alios retrò Duces in maximum fastigium extulisset, primas
tenerent. Thuan. *lib. 104. histor. ad anno 1592. p. 480.* Carolus V. Impera- 28
tor, Ecclesiâ Bononiæ excedere jussit Legatos civitatum Senensis & Genuensis, qui mutuis se invicem dedolabant pugnis, præcedentiæ ob causam. Jovius *lib. 37. histor.* Messina & Palernum Siciliæ Civitates, de præ- 29
rogativa ultro citroq; decertant: Heberer. *lib. 3. servitut. Ægypt. c. 22. p. 464.*
An. 1495. in Wormatiensibus Comitiis haben die von Aach nicht nieder- 30
sitzen wollen/ sondern fürgewendet/ daß die von Cölln sich zu obrist hetten gesetzet/ da jhnen gebühret zu sitzen/ dagegen die von Cölln von denen zu Aach zuwissen begehret/ wie sie sich achten/ für eine Frey- oder für eine
Reichsstatt: Lehemann. *lib. 4. Chronic. Spirens. c. 5.* Quando Maria Me- 31
dicea, desponsata tunc temporis Henrico IV. Galliarum Regi, ad portum Massiliensem pervenerat, insigni navium comitatu, acerrimè disputatum fuit, cui dexterum latus post Generalem deberetur. Equites Melitenses controversiam decidere parati stabant pugna, quinq; navibus actuariis, quas Galleres vocant, oppositis septem aliis Florentinorum. Pierre Matthieu *d. tr. tom. 1. liur. 3. narrat. 5. p. 668.* Quando Carolus V. Aquisgranum petiit inaugurationis causa, Dux Clivensis Joannes Equites adduxerat quadringentos, insigniter armatos. Iis contentio multa fuit cum Saxonicis, utri præcederent: ita quidem ut pompam istam, qua vix ullam Germania viderat illustriorem, mox interpellaret. Sleidan. *de stat. rellig. lib. 2. p. m.*
37. b. Inter Imperii liberos nobiles Francici tractus, atq; Imperiales civi- 32
tates, Anno 1619. Noribergæ de præcedentia orta est dissensio, cujus infra uberior dabitur deductio. Mille exemplorum alia specimina lubens hîc prætereo, quæ historicorum curiosa notavit diligentia: manu enim serendum, non sacco, meus me monet genius. Sunt verò hæ concertationes 33
non solùm tempore belli perniciosissimæ: Campanella *de Monarch. Hispan. c. 14. p. 47.* (unde in nupero bello Veneto contra Austriæ Archiducem *furono assegnate le precedenze. per leuare l' occasione di discordie; Guere d' Italia. p. 7.*) Sed & pacis tempore maxima secum trahunt incommoda, von wegen mißhelligkeit deß sessionsstreits wird je zuweilen deß Reichs gemeine obliegen vñ vorfallende notturfft zuruck gehalten/ auch vngleiche affection dahero verursachet. Reichs Absch. *de anno 1603.* §. der in dem H. Reich nec rarò cædibus causam præbent, belloque viam aperiunt. Cum Hispanus apud Maximilianum II. Imperatorem consanguinitatis & affinitatis vinculo sibi conjunctum, effecisset, ut Caroli IX. Regis Galliarum legatis primi loci prærogativa in aula Cæsarea denegaretur, hanc insignem injuriã ad bellum Hispano movendum sufficere Regi Galli-

Galliarum persuadere conatus fuit. Caspar Colignius, ut Thuanus refert. Et apud Herreram *lib. 3. de la historia general. cap. 34. cum d. ff. 241.* quando Anno 1556. ab Hispano Galliæ Rege præcedentiæ quæstio mota fuisset, ejusdé responsum ad Venetos hoc legimus, quesiendo su costumbre emprender una guerra por palmos de tierra, émprendoria ciento por la honra. Sunt quibus inde ansa data Lactantio *de justitia lib. 5. cap. 15. p. m. 292.* dicere; contentione de dignitate nihil fœdius, nihil arrogantius, nihil à sapientis ratione semotius esse: Et illud Salvatoris ingeminare, væ vobis Pharisæi, quia diligitis primas cathedras in Synagogis, &
35 salutationes in foro. *Luc. 11. vers. 43.* Verum hæc, & alia, me eò non inducunt, ut author ulli velim existere, vel minimum de suo jactare jure, & honore instar decoctoris cedere. Si enim eum injustum & crudelem dicimus, qui sanguinem negligit suum, illaudabilem illum, qui bona sua non conservat nec defendit, cur non omnium abjectissimum habebimus eum, qui honorem, alterum istum sanguinem, non calidè fovet, & à se vel majoribus suis benè partum, non benè propugnat? Multum tamen hic interesse non diffiteor inter insolentiam incuriosam, & diligentiam non ambitiosam, ut verbis JCti *in l. 33. in princ. ff. de usur. & fruct.* agam. Is vitium incurrit, qui ambitioso tumore eò fertur, ut alteri debitum honoris locum audax sit præripere, non idem ille, qui sibi debitum humanè exposcit, insolentèr negatum, aut interversum diligen-
36 ter tuetur. *On dit bien que la souueraine loy c'est le salut du peuple: mais celle du respect du Prince, & du rang qu'il doit, tenir sur les autres, est tousiours immuable. Il y a des loix qui sont mortelles, & d'autres, qui ne meurent jamais: celles la ont leur dureé selon le tẽps: la necessitè rend celles cy tousiours durables pour le perpetuel bien que l'on trouue en leur obseruation, comme disoit Lucius Valerius haranguant contre la loy Oppienne. De la condition des loix immortelles est le droit de la preseance, celuy qui en souffre la diminution est indigne de l'accroissement.* Pierre Matthieu. *en l'histoire de France &c. & d'Henry IV. lib. 1. narrat. ult. p. 191.* Rectè salus populi suprema lex dicitur; illa verò quæ Principis respectum concernit, & ei attributum præ aliis honoris locum, immutabilis semper. Prostant leges quæ occiduæ & mortales, prostant & aliæ, quæ perpetuæ & perennes. Illæ ut temporis fert cursus durant, necessitas has immortales constituit, bonum ob perpetuum, quod harum observationi adhæret, ut dicebat Lucius Valerius contra legem Oppiam. Immortalium legum natura jus præcedentiæ notatum, cujus qui diminutionem perfert indi-

gnus eo augmento. Divisionem hoc jus respuit, *car en ce questions on ore peut rien quitter qu on ne perde tout*, iterum ait modò laudatus Galliç Historicus *d. tom 1. liur.3. narrat. 5. p. 668*. In quæstionibus de præcedentia tantillum si remiseris, totum perdes. Ut autem certum est & apparens, naturam ipsam homini inter animalia præcedentiam contulisse: Ita contrà multis involutum tenebris, hominum (eos seu gentes consideres, seu cives) constitutio, quas notas regulasvè inter ipsos præcedentiæ posuerit. Disputat hac de re Speron. Speronius *discorso della precedenza de Principi*, quem si audire ut Prætorem constituerimus, actū erit de licentia nostra. Nec enim oratori aut legum cultori aliud quàm silentium hisce in quæstionibus addicit. Nobilibus contrà bonæ fidei & veritatis ac pacis orbis Christiani amatoribus dicendi facit copiam. Verum dum nobilium hîc expectamus operam, veritatem venari cuilibet æstimamus liberum, etiamsi pullatam plebem judicem non constituamus. Si quæ, varios ob rationum fluctus, materia difficilis, & intricata est, sanè hæc nostra de præcedentia disputatio est. Non enim solum varia à Dd. eam in rem conscripta sunt axiomata, verùm & diversissimæ quandóq; considerationes rerum, personarum, locorumq; surgunt, ut non raro, si quæ antea immota videri poterat Regula, si à thesi ad hypothesin transeas, officium perdat suum. Inter illos, qui jura civilia, & quæ exinde sunt, principia ignorant, spernuntq; , sola juris gentium spectanda erit æquitas. Cæteros inter mortales, à quibus jus civile excultum atq; receptum est, ut maximè idem hisce etiam in controversiis suum obtineat quandoq; vigorem, non tamen semper illud quod scriptum, certam nobis suppeditare regulam valens est. Quippe immutatis cum Imperii forma dignitatibus, multa juris axiomata sublata simul. Unde qui de præcedentia disquirere constituit, in regulis ex jure civili extrahendis cautus esse debet, atq; ad præsentem se conformans rerum Statum, à sapientioribus quid hanc in rem annotatum sit, deliberato perpendere animo. Non enim & ab his omne quod adductum videt, veritate sua niti deprehensum est. Generalis, & prima omnium ferè, hac in materia Regula est: Digniores cœteris præferendos *l. g. 1. ff de albo scribendo l. fin. ff. de fide instrumentor.* Atq; hoc in generali dum versamur axiomate, res satis expedita est Quando verò ad speciem deflectimus, & in id inquirimus, altero unde quis dignior, probari possit, ad varia ut advertamus necesse est. Quandoq; enim natura ipsa, & inde deductum jus dignitatis characterem posuit, dum hominem cæteris animantibus excellentiorem dedit, & inter eosdem masculum fœminæ prælatum voluit, patrem liberis, dominum servis, magistra-

37. 38. 40. 41.

giſtratum ſubditis De hac nobis prælatione animus hic diſſerendi non eſt. Eam verò inveſtigabimus, quæ ex variis dignitatum gradibus, quas ambitioſa hominum induſtria procreavit, originem trahit. Dignita-
42. tes iſtæ aut Eccleſiaſticæ ſunt, aut civiles ſeu ſeculares. De Eccleſiaſticis alibi, de civilibus impræſentiarum. Inter civiles ſupremum gradum Imperialis Regalisq; dignitas occupat, de qua etiam inter diverſas nationes conſenſus eſt. Poſt eos qui ſequuntur, pro Rerumpublicarum diverſitate diverſa tenet nomina, ſubſelliáq;. Principes in ſpecie ita dictos poſt Reges collocat Petr. Calefat. *de equeſtr. dignit. num.* 106. Eoſdem Ducibus, Comitibus atque Marchionibus præfert Fulvius Pacianus *de probat lib.* 2. *cap.* 37. *num.* 10. Quod apud alias quidem frequentari gentes Cluverius *lib.* 1. *antiqu. German. cap.* 48. *pag.* 375 ait, non verò in Germania. Origo dignitatis Ducalis, inquit, ex re militari eſt, cujus ut maximum majoribus noſtris ſtudium, ſic ſumma fuit honoratio. Eaque eſt una ratio, cur hodiè quę Ducalis dignitas in Germania ſuperior ſit ordine Principum, cum è diverſo aliis in gentibus Europæ Principalis dignitas ſuperet Ducalem. Eadem de re diſputat Rudolphinus *de origine, dignitate &c. Ducum Italiæ. n.* 275. Utque hac in re Germaniæ obſervantia ab aliis gentium inſtitutis diſcrepans eſt, ita etiam ipſos inter Duces ſingularem præ reliquis Archiducibus attribuit præſtantiam. Tempus fuit, quo in Orientali, ut & in Occidentali Imperio Duces Comitibus fuerunt poſtpoſiti: Guido Panciroll. *cap.* 1. *notit. oriental & cap.* 70. *Occidentalis Imperii*: Sed hodiè Comites præcedunt, ut & Marchiones, licet, ut dictum, alibi Principibus poſtponantur, alibi eoſdem præcedant. Comites autem, ut ſupra monui, diverſarum cum ſint & ipſi claſſium, diverſas quoque ſtationes obtinent. Inter eoſdem nobis Comites Palatini Die Pfaltzgrafen / primi ſunt, ſecundi Landgravii, tertii Marchiones vel Marchgravii. Horum in jure Feudali quando mentio ingeritur, non una eſt locatio. Aliquando enim Ducibus poſtponuntur *c. un. quis dicatur Dux, Marchio* 2. *Feud.* 10. *c. un. in pr de prohib. feudi alienat. per Frideric.* 11. *Feud.* 55. modò præponuntur 1. *Feud.* 14. modò etiam Comites ſequuntur. 2. *Feud.* 27. De regno Galliæ teſtatur Alciatus *in tr de ſingul. certam. c.* 32. Comitem inibi Marchioni præferri. Verum hodiernos ſi reſpicimus mores, contrarium ibi obtinere conſtat. *Maintenant*, dit *Charles Loyſeau* des Seigneurs c. 5. p. 106. n. 32. *qu'en France il n'y a plus des Comtes de provinces, ny meſme de Ducs, qui ayent des provinces entieres, pour*

ceque tous ces grands Duchez & Comtes du temps passé, sont reunis a la coronne, on tient a bon droit pour constant & resolu que le Marquis sont plusque les Comtes. Idem confirmat Claude Fauchet liur. 2. chap. 3. de l'origine des dignites & magistrats de France. p. 49. *Pour le iourd' huy les Marquis sont estimes plusque les Comtes: & toutes fois i' ay leu en un uieil fragment de liure, que le Comte deuroit auoir soubs soy dix Marquis, le Marquis dix Barons, le Baron, dix Vassanx Et de fait uous ne trouuerès pas que le mot de Marquis ait si tost estè en usage, que celui de Comte ne mesmes entre les Francois ne autre nation sortie de Germanie.* Lucas de Penna *in rubr. de Comit. b Consistor. lib. 12. C. refert.* In Italia Marchiones Comitibus postponi, secus inter Gallici ac Germanici nominis Proceres. Ita eum allegat Choppius *de Doman. Gallico lib 3. tit. 7. num. 12.* Sed aliter Clutenius *in Sylloge rer. quotidianar. th. 26. lit. b.* Ubi Lucam de Penna & Freccium *lib. 2. quis dic. Comes. num. 35.* nec non Chassanæum *in catal. glor. mundi pag. 5. considerat. 47.* perstringit, quod scripserit in Germania Comitem præcedere Marchionem, cum contrarium sit notorium. Generaliter autem Hostiensis *in summa de pænitent. & remiss.* putat Marchioni Comitem anteponendum ex sacri elogii authoritate, qua Princeps militiæ, Comes Regis dicebatur. *2. Reg 20.* Quæ tamen definitio multiplici laborat imbecillitate. Marchiones sequuntur Burchgravii, quos denique illi, qui simplici nomine Comitis clarent. Quibus tamen in bullis Pontificiis Barones præponi Münsterus innuit *in Cosmograph. lib. 3. c. 20.* Verum nos Barones Comitibus postponimus generali hac in dignitatum descriptione; Ut maximè enim alii nullum dignitatis inter eosdem discrimen agnoscant: Wehner. *in observ. pract. verbo* Freyherrn *p. 175.* Illud tamen si in aliis, non verò in præcedentia & sessionis honore obtinet. Omnes deniq; post enumeratos Nobilitatis, in specie ita dictæ, ordo succedit.

Atq; hactenus ex dignitatum gradibus, secundum cujusq; Provin- 45.
ciæ receptum morem tantum, argumentum trahi poterit, non tamē eò usq;, ut illud ubiq; observetur. Unde planè necesse est, ut inter cōtroversias distinguam⁹, quę inter illos ventilantur, qui una dignitatū dispositione utūtur, & inter illos, qui diversis. Exempli ut hoc ponā casu, Si Germaniæ quidam Dux cū Principe Germano, ex generali hac dispositione graduum contendat, fundatam contra hunc habebit intentionem non

 statim

ſtatim victor cauſæ erit, cum plura ſpecialia dari poſſint generalibus derogantia. Quod ſi verò idem cum alterius Regionis Principe concurrat, nihil ipſi proderit, Ducis ſi dixerit titulum in Germania Principis ſuperare nomen. Ideóq; ad alia ut redeat fundamenta opus eſt. Cæterum generalis, quam diximus, regula, quod majori dignitate præditus minori prædito præferendus ſit, exceptiones habet. I. Major dignitas non facit quem precedere. ſi illa non ſit ordinata ad illum actum, pro quo tractatur de præcedentia. Purpuratus *in leg. 1. n. 195. ff. de offic. ejus cui mandata eſt juriſdict.* Gratian *tom. 2. diſcept. forenſ. c. 298. num. 1. in fin.* Inde Electores anno 1471. in Comitiis Ratisbonenſibus Caroli Burgundiæ Ducis legatis fecerunt intimari, ſe ne Regibus quidem, ſi
44.
45. adeſſent ceſſuros. II. Major reverentiam minori debet, quando eſt in domo minoris. Chaſſan. *catalog. glor. mund. part. 11. conſid. 13.* Decian. *reſponſ. 67. num. 13. vol. 2.* Quod alii eo firmant, cum quilibet Rex, atq; ita major, ſit in domo ſua: Molina. *de Hiſpanor. primogen. lib. 1. c. 2. n.*
46. *24.* Henning. Gœden. *conſil. 11. num. 6.* III. Majori dignitati non debetur prærogativa, ſi lex, ſanctio vel pactum ſit obſtaculo. Ita inter Equites aurei velleris, non qui dignitate majori claret, ſed qui prior in ordinem receptus eſt, alteri præfertur, excepto Imperatore, Regibus & Ducibus, quibus iſto in ordine ætas prærogativam tribuit, ut
47. infra audiemus. Inter diſpares dignitate, altera regula eſt, Ordinem ſcripturę ſequendum, ut dignior ille ſit, qui primo loco nominatur. Dd. *ad c. qui prior de R. I. in 6.* gloſſ. *in c. quorundam. verb. prædicat. de Ele-*
48. *ctor. in 6.* gloſſ. *in Clementia unica. de Baptiſm.* Vid. Goldaſtum *lib. 1. c. 23. num. 1. 2. & ſeqq.* Quod ex parte admitti, ex parte rejici meretur. Scilicet ordo ſcripturæ probat tunc, quando diſpoſitio dignitatum, aut perſonarum expreſsè ea continetur. arg. *l. 1. in pr. ff. de albo ſcrib.* quod obtinet, quando lege albo, aut alia matriculâ certâ dignitatum, aut eorum qui in dignitate ſunt, diſtributio fit; vel quando ad normam hujus publicorum congreſſuum decretis perſonarum nomina ſubſcripta reperiuntur. Johannes Fichardus *conſ. 77. num. 12. tom. 1.* niſi adjecta fuerit clauſula ſubſcriptioni, ſalvo cujuſq; jure, das ſolche einem jeden an ſeinem hergebrachten Gebrauch und Gerechtigkeit/in einigem weg nicht nachtheilig ſchädlich oder vergreifflich ſein ſoll Contra ordo ſcripturæ dignitatem vel præcedentiam non firmat, quando ea ſimpliciter & enunciativè perſonas demonſtrat. Felin. *in c. cum dilecta. col. 5. in 2. & 4. declarat. extra de reſcriptione.* aut aliud quoddam ad factum extra honoris prærogativam ſe refert. Hoc modo in *cap. 2. extr. de iud.* Archiepiſcopi nominantur ultimo loco poſt Epiſcopos & Abbates

in c. pastoralis.extr. de concess. prebend. nominantur prius Canonici, postea Archiepiscopus. In *c. fin. extra ne sede vacante.* Procurator Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Castro forti anteponitur Episcopo Brugensi. In *c. fin de offic. de legat. in 6.* prius Episcopi, postea eorum superiores nominantur. Eodem sensu, licet aliàs sexus masculinus sit nobilior fœminino, *c. est ordo. 33. quæst. 4.* Fœminæ priori loco ponuntur. *§. fin. Instit. qui testam. tutor.* æs & argentum ante aurum nominantur. *§ cum ex altera materia. Instit. de R. D* ut & mare ante cœlum. *§ feræ. best. a. d. t.* Fulvius Pacianus *tom. 2. de probat. c. 25. num. 73. & seqq.* Quarum scripturarum differentiam si attendisset Bucherius *lib. 1. de abdicat Henrici III. c. 18.* populum non prætulisset Principi, inde quod in contextu Biblico lapsus ante Principem nominetur Nec Alphonsus de Castro *lib. 2. contra hæreti. verb. Papa. p. 89. lit. B.* Petri præ reliquis discipulis prærogativam in se deduxisset quod Petrus ubiq; cum cæteris Apostolis primo loco nominetur. Omnium verò minimè Adrianus Papa ad Fridericum hanc exarasset epistolam: Miramur, quod Beato Petro & Sacræ Romanæ Ecclesiæ non quantam deberes, exhibere reverentiam videris. In literis enim ad nos missis nomen tuum nostro præponis, in quo insolentiæ, ne dicam arrogantiæ notam incurris. Nauclerus *generat. 39.* Johann. Balæus *in actis Rom. Pontific. in Hadrian. IV.* Sed & bonus iste Pater responsum, quod merebatur, tulit Ita enim Fridericus Imperator: Lex justitiæ unicuiq;, quod suum est, restituit. Numquid tempore Constantini Sylvester regale aliquid habuisse dignoscitur? Sed ejus pietatis concessione libertas data est Ecclesiæ, pax restituta, & quicquid regale Papatus habere dignoscitur, largitione Principum obtinet, Unde cum Romano Pontifici scribimus, jure, & ex antiquo, nomen nostrum præponimus: Goldast. *d. lib. 1. de majoratu. cap. 23. num. 4.* Quod si verũ est, de quo tamen multi dubitant, Epistola Johannis in *l. inter Claras C. de summa Trinitat.* manifestum ex inscriptione fit, non fuisse insolitum, Imperatoris nomen Papæ præponi. Et notat hoc ibidem glossa *in verb. gloriosissimus*; dum ait: Nota, quod Papa præmittit Imperatorem in Epistola, quod hodiè non faceret. Arnisæus *de jure Majestat. lib. 1. c. 3. n. 2. p. 47.*

49. 50. 51.

Quod si dignitate pares sint, hoc est, Regnũ cum Regno, Rex cũ Rege, Princeps cum Principe, Dux cum Duce &c. de præcedentia decertet, sequentes video à Doctoribus præscriptas regulas. I. Si quædam de præcedentia lex, vel constitutio, pactum atq; consuetudo prostat, ea observanda maximè. Tales sunt. II. In imperio nostro A. B. *cap. 3. 4. 22. 23* quæ Electoribus inter ipsos certos præcedentiæ terminos 52.

 posuit.

53. posuit. Utinam verò ejusdem generis alia cæteros quoad Imperii pro-
54. ceres posita, variis dissensionibus certissima medela. Contrarium verò omnes ferè Imperii Recessus innuunt & res ipsa occasionem dedit Johanni Zamoscio, Poloniæ Cancellario illustri, affirmare, Germanos in suis Comitiis ferè nihil agere, quàm ut de sessionibus digladientur. Kirchner. *lib 2. de legat. c 5. n.* 78 Deditq; eadem Hieronym. Aventino ansam ad ordines in Comitiis Ratisponensibus anno 1594. sequenti perscribere stylo.

O proceres, proceres, dum qua quis sede sedere
Debeat, inter vos rixa miscentur & ira,
Ne vestras sedes, & ne charissima queq;
Eripiat vobis crudelis Turca, cavete.
Illum etenim semper discordia vestra potentem
Fecit, & illius victricia reddidit arma.
Ponite jam, quid cessatis? rogo ponite vanos
Invidia morsus, odia & mala jurgia, tempus
Inq; aliud magis appositum differte quereias:
Publica ne pereant privatos propter honores
Commoda. ——— Arumæus *discurs 4. ad A. B. th 1. pag. 196.*

55. II. Illa quæ legatis Electorum principalium suorum (uti juris videbatur *l 1. C. de offic. vicar. c. pracipimus. distinct. 93.* Schrader. *de Feud. part. 10. sect. 4. num. 21.*) sedem stationemque non concedit, d. A. B. *c. 28. § 6.* Cujus observantia etiam ad cæteros usque penetravit ordines, peculiari inter ipsos pacto confirmata Anno 1566. Auctor d. ß Außführlichen Berichts / wie es auff den Reichstägen pflegt zuzugehen. *c. 5.* Adeò autem hoc verũ est ut in Comitiis Norinberg an 1542. ipsius etiam Cæsaris Caroli V legati Ferdinando fratri fuerint postpositi, ceu ex scripto quodam Johannis Friderici Electoris Saxon. & Philippi Landgravii Hassiæ ostendit Anton. Cöler. *de jure Impp. German. sect. 68.* Scilicet si legatus Electoris adest electioni Regis Romanorum
56. Is I. in mensa, quæ principali suo paranda, sedere nequit. A. B. *c. 28. § 6.* II. In Imperii conventibus, si Electores, Palatinus & Brandenburgicus non adsint, tunc quidem ipsorum legati sessionem Dominorum suorum occupant, quia uterque extremum locum tenet, illi à dextris, hic à sinistris Quod si verò cæterorum Electorum, quorum intermedia est sessio, aliquẽ abesse contingat, reliqui verò præsentes sint, tunc Electores præsentes absentium subsellia, locaq; media ingrediuntur, legatis absentiũ ad extrema subsellia remissis. Lehemann *in Chron. Spir. c. 124.* Hordlederus. *lib. 4. de caus. belli Germanici. c. 30. pag 725.*

Anno

Anno 1520. 21 Octobr. in inauguratione Caroli V. Legatis Electoris Saxoniæ, qui ob infirmitatem Coloniæ subsliterat, à Duce Johanne Clivensi de præcedentia controversia mota legitur; ita ut pompam istam, quâ Germania non viderat illustriorem, nox interpellaverit. Sleidan. *lib. 2. comment.* Sed fundamento caruit Clivensis prætensio; Legati quippe Electorum ut maximè post cæteros in persona præsentes locentur Electores, non tamen publicis in actibus aliis Principibus, qui & ipsi adsunt, posthabentur. Bertram *de comitiis th. 67.* Unde in cancellos, ne nimium evagetur, redigenda conclusio Joh. Baptistę Costæ *consil. 44.* Principem legato Principis præcedentis præferendum. Huc pertinet constitutio Caroli V. apud Goldast. *tom. 3 Constit. Imper. p. 510.* III. In Marchia Brandenburgensi, ab Electore, ejus districtus domino, hæc firmata fuit constitutio: Wann jhr Churf. Gn. in den Märckischen Kriegsgeschäfften/ würde vnd müste im Felde sein/ es were auch an welchem ort der Marck es möchte/ daß alßdann die auß der Alten Statt Brandenburg/ nehest dem Churf. HauptPanier auff der rechten seiten/ vnd neben jhnē die auß der Newstatt Brandenburg/ Berlin/ Cöln/ vñ andere Mittel vnd Newmärckische Hauptstätte/ an derselben seiten: vnd die von Stendel auff der andern seiten/ vnd neben jhnē die von Soldwedel/ vñ andere Altmärckische vnd Priegnitzerische Stätte reiten solten. 2 Im gehē/ stehen vnd sitzē/ solte es diese ordnung haben: wañ die Rähte auß den Stätten der Alten/ Mittel/ vnd Newen Marck in Churf. Gn. geschäfften dißseit der Elbe solten beyeinander sein/ solte zum ersten ein Burgermeister auß der Alten Statt Brandenburg in der mittē gehen/ vnd zu sich ziehen einē auß der Newen Statt Brandenb. zur rechten/ vnd einen von Stendel auff der lincken seiten/ darnach solte gehen ein Burgermeister von Berlin in der mitten/ vnd zu sich ziehen einen Burgermeister von Cöln auff der rechten/ vnd einen auß der Alten Statt Soltwedel zur lincken seiten/ ferner solte ein Burgermeister von Franckfurt an der Oder sein in der mitten/ vnd zu sich nehmen einen von Prentzlaw auff der rechten/ vnd einen auß der Newen Statt Soltwedel auff der lincken seiten. Hernach einer von Soldin auß der Newen Marck in der mitten/ vnd solte zu sich ziehen einē von Königsberg auff der rechten/ vnd einen von Perleberg auff der lincken seiten/ weiter solten die andern auß genandten Hauptstätten in derselben Ordnung/ vnd folgents die kleinen Stätte nachfolgen vnd gehen/ nach altem herkommen. Aber in der session vnd im stehen soll die mittler Person vorsitzen/ oder stehen/ darnach der auff der rechten/ vnd folgents der auff der lincken seiten. Dagegen wenn gedachte Stätte solten in der Alten Marck zusammen kommen/ so solten die von Stendel vor beyden Stätten Brandenburg/ die

von Soldtwedel vor Berlin vnd Cölln/ die auß der newen Statt Soldtwedel vor Franckfurt vnnd Prentzlaw/ vnd Perleberg vor Soldin vnnd Königsberg sitzen/stehen/ vnd in der mitten gehen. Andreas Angelus *lib.*
58. *3. annal. March. Brandenburg p. 306.* IV. Inter Regni Bohemici constitutiones, seu Landtsordnung deß Königreichs Böheimb *art. 36. per* Petr. Sturbam editas *pag. 23.* hæc legitur: Die Königliche May. zu Böheimb soll in Landrechten auff seinem Königl. Stul sitzen / vnd auff seiner May. Rechten seiten der Herr von Rosenberg/ der die Herrschafft regiert/ vñ neben jhm/ der Oberste Hoffmeister deß Landes/ vnd da sich es zutrüge/ daß der Marschalck deß Landes im Rechten würde sitzen / so soll er sitzen vnder den Land Hofmeister/ vnd zur Lincken seiten deß Königs soll sitzen der Oberste Land Cam̃erer/ vnd neben jhm soll sitzen der Oberste Land Richter / vnd darnach der Oberste Cantzler deß Lan[d]es/ wie dann davon ein General Rechtspruch durch König Vradislaū ergangen/ vnd neben jm der Oberste Hoff Richter/ so er anderst im Rechten sitzet/ vnd darnach auff beyden seiten sollẽ sitzen die auß der Herrschafft deß alten Geschlechts jhren Jahren nach/ vnd die auß der Herrschafft deß newen Geschlechts/ auch den Jahrẽ nach. Darnach sollen sitzen Acht Personen auß der Ritterschafft / auff jeder seiten zu vieren/ auch dem Alter nach. Wañ aber die Königl. May. nicht im Rechten sitzet/ oder daß seine May. auffgestanden vnd weggangẽ/ so soll der Prä-
59. gerische Burggraff/ an seiner May. stell sitzen. V. Apud Gallos in Regum inaugurationibus, præter Ecclesiasticos Pares, sex solummodò adhibentur, qui veteres repræsentant, inter quos semper servatum fuit, ut inter eos creationis tempus, quo scilicet quisq; ad pariatum evectus, in incedendi, aut sedendi ordine, inspiceretur. Non eadẽ ratio in regii sanguinis principibus habita, quippe qui absq; ullis titulis & Patriciorum privilegio gaudent, & Patricios omnes, natalium prærogativa, non patriciatus ratione, præcedunt, quoniam dignitatis atq; adeò personæ regię, quæ cunctas alias exsuperat, pars ipsi quodammodo censentur: Inter se vero hunc ordinem servant, ut tantum succedendi in regnum jus servetur; nulla præterea publici muneris, aut alius tituli, nisi in bello, ratione, qui succedendi ordine prior est, posteriorem antecedit. Thuanus ad finem *lib. 27. historiar.* cui junge Choppin. *De Doman. Gallico lib. 3. tit. 7.*
60. *n. 10. 13. & 14.* VI. *La Nobiltà in Portogallo ha la precedenza secondo il grado, & la qualità della Nobiltà, & secondo l'istesso grado & qualità precedono l'un l'altro secondo che hanno minore ò maggiore provisione dal Rè. E uso fra Portoghesi, che tutti gentillhomini siano provisionali dal Re (laqual cosa si chiama Moravia) secondo i gradi*

& qua-

& qualità del sangue loro (la qual nobiltà di sangue chiamano propriamente fuero) da esser rollati ne libri della casa Reale ch' essi dicono libri della Cusinanza, ò libri della Matricola. Trattato parenetico à Rè, Principi, Potentati, e Republiche dell' Europa *lit. F. 2.*

VII. Huc referat, qui volet, quod Hentznerus *in Itinerario Ital. de Genua fol. 374.* retulit. Carolum V. Genuensibus viris pœnæ loco indidisse, ut dextram uxoribus semper relinquerent. 61

II. Regula. Inter pares dignitatis gradu, præcedit qui tempore est antiquior, hoc est, qui dignitatem prius adeptus est. *l. 2. C. ut dignitat. ordo servetur. lib. 12. l. 1. C. de consulibus. d. lib.* Menoch. *consil. 51. n. 39.* Calefatus *in tr. de Equestr. dignit. n. 91. in fin.* Bart. *in l. 2. §. prius. ff. de vulg. & pupill. substit.* Goldastus *lib. 1. de majoratu. c. 17. num. 3. p. 51.* Hoc ex fundamento Romanus Imperator contra Constantinopolitanum disputat, apud Baronium *tom. 10. Annal. Eccles. anno 871. num. 50.* nec non qui pro Gallo contra Hispanum pugnat, Theod. Gothofredus, *tr. de la preseance des Roys de France sur les Roys d' Espagne.* Et qui pro Hispano contra Gallum disputat, Augustinus Cranatus *libro, cui titulus, de la preseance entre la France & l' Espagne.* Idem innuunt Parlamenti Anglici proceres, dum Jacobo Regi Angliæ, Scotiæ atq; Hiberniæ, qui dicta Regna, titulo Magnæ Britanniæ, conjungere in animo habebat, reponunt, *que la preseance du Roy devant un autre Roy Chrestien, qui se considere, & se conserue par l' antiquitè du Royaume, & non par la grandeur, ni l' estendue pourroit estre offenseé, & seroit à craindre, qu' on ne luy donnast la derniere place, pource qu' il seroit nouuè au Roy, & le dernier, uenu :* Pierre Matthieu *liur. 7. narrat. 1. p. 652.* Vel ut sensu gemino, latino refert sermone Albert. Gentil. *in disput. de unione Regnor. Britanniæ p. 87.* quod prærogativa Regis, quâ Christianis aliis Regibus praeiret, & quæ antiquo cujusq; Regni jure stabilita est, non autem Regni magnitudine, posset in periculum trahi, & sic locus ej⁹, fieri ultimus, quia Regnum fundatum esset novissimè. 62 63

III. Si non constet, quis sit antiquior dignitate, ætate major debet præferri. Vincent. de Franch. *decis. Neapolit. 144. n. 3. part. 1.* 64

IV. Si pares sint tempore, aut judicis sententia, aut amicabilis compositio, aut sors præcedentiam dabunt: Tiraquell. *de jure primogen. quæst. 17. & 19.* Goldastus *d. l. 1. c. 17. n. 15.* Ventur. de Valent. *in parthen. litigioso. lib. 2. c. 5. n. 9.* 65

V. Antiquitas familiæ præcedentiam tribuit. *l. 2. §. quæ omnia. v. s. sed & natalium. C. de vet. jur. enucl.* Natta *consil. 637. num. 2.* Scotus 66

Responso 28. num. 10. & 102. Ego quidem antiquitatem extra considerationem omnem locatam non velim, at quantum ejus in deductione libidini tribuatur, quando considero, cogor cum Knichonio *de Saxon. non provoc. jure vers. Ducum. cap. 2. num. 43.* fateri, Si de vetustiori familiæ vel domus principalis ortu, disquisitio instituatur, nullam majorem controversiæ ansam oriri posse. Quippe si antiquitas prærogativam tantum tribuet, nulla reperietur familia, quæ non exclamabit cum Seneca *epist.*
67 *44.* Omnibus nobis totidem ante nos sunt, nullius non origo ultra memoriam jacet. Hæc se cum Arcadibus ipsa Luna dicet antiquiorem. Joh. Gerop. Becan. *lib. 1.* Hermuth. *p. 1. & lib. 1. antiquit. Antverp. p. 2.* Altera, cum Guerin Mesquin. præcessores suos locabit, *dedans les arbres du Soleil*: Pasquier, *aux recherch. de la France liur 2. chap. 15. p. 172.* scilicet ut Ovidius canit.

Principiumq; sui generis, revolutaq; quærens
Secula, cognatos venit ad usq; Deos.

Bohemi ex confusione turris Babylonicæ se jactant oriundos: Æneas Sylv. *c. 2. hist. Bohem.* Pares Franciæ du ventre de grand cheval de Troye prodiisse memorat Nicolaus Gilles: Andre Fauyn *des premiers officiers de la conr. de France liur 3. chap. 2. p. 236.* Ex arca Noe Hieronymus Gebuiler familiam Austriacam deducit, ut memorat Knichen. *d. l. n. 49.* Quorum omnium conatus partim ridiculus, partim ineptus, meretur censoriam
68 notam Gerhardi de Roo *lib. 1. annal. Austriac. p. 1.* Ad eundem vanitatis lapidem impingunt celeri lapsu illi, qui dum de primordiis gentiũ commentantur, ea quò antiquiora, augustioraq; adpareant, puerilibus fabularum construunt nugamentis, mendaciisq; immanibus. Quod commune est rerum scriptoribus vitium, & jam inde à primis usq; seculis usitatum. Philipp. Cluver. *lib. 1. German. antiquit. c. 3. p. 57. Il me semble, dit* Estienne Pasquier *d. tr. liur. 1. chap. 14. p. 50. que de disputer de la uiaille origine des nations, c'est chose fort cha-toulleuse, parceque elles ont esté de leur premier aduenement si petites, que les uieux autheurs n'estoient soucieux d'employer le temps a la deduction d'icelles, tellement que petit a petit la memoire s'en est du tout esuanouye, ou conuertie en belles fables, & friuoles.* Mihi videtur, ait Stephanus Pasquierius, disputare de antiqua origine nationum, res titillationi conveniens. Etenim ad primum adventum illæ fuerunt tàm pusillæ, & exiguæ, ut antiqui rerum scriptores non extiterint, intensi temporis aliquod punctum harum deductioni consecrare, adeò ut paulatim memo-

ria extincta, aut in fabulas nugaces fuerit conversa. Sœpius sanè contingit, ut primordia maximarum gentium nos lateant, æquè ut magnorum fluminum; *il arriue bien souuent, que les origines des grands peuples sont ignorées aussi bien que celles de grand fleuues*: H. Bignon. *de l' excellence des Roys & du Royaume de France. liur. 2.* 69
pag. 242. Jucundum & scitu dignum, inter vetustiora, est certamen Ægyptiorum cum Scythis, quod ex Justino & aliis ita describit Otto Heurnius *lib. 2. antiquit. Barbar. Philosoph. cap. 13. pag. m. 197. & seqq.* Ægyptii cum in omni cultu tum animi, tum corporis affluerent, cunctorum quoque hominum principem originem, ne quid felicitati & gloriæ deesset, variis argumentis sibi vendicare conati fuêre. Asserebant enim, à primordio rerum terras, quæ aut intolerabili frigore, aut nimio fervore adurebantur, homines frequentare nequivisse, imprimis cum artis solertia hisce malis nulla impedimenta objecisset. Verùm Ægyptum in medio positam, soli fœcunditate, cœlique clementia, jam inde à primis rerum incipiis, cæteris regionibus præpolluisse. Quin etiam Nilum, favente Sole, innumera animalium genera, è limo produxisse. Primum enim Solis ardore densiorem evasisse terram, posteaque ejus superficie vi caloris tumefactâ, pluribus in locis humores quosdam esse concretos, in quibus putrida quædam tenui membranâ tecta sint excitata, quæ noctu almo humore aeris Nili humiditate perfusus rigabat, interdiu autem vegetans Solis calor coquebat: donec tandem perfecta, & ad maturitatem redacta, in omne animantium genus formarentur. Tunc illa putrida, quæ majorem caloris particulam sortita erant, in volatilia abiisse ferebant; quæ autem sub terræ imperio continebantur, terrestria animalia evasisse; at illa quæ humore maximè dotata erant, in aquatilia abiisse. Hinc facilè colligi posse, ibidem, ubi omnia animalia, etiam homines procreatos, cum ibi tùm cœli temperie, quæ in omne animantium genus fœcunda erat, generari facillimè possent, tum etiam optimè se sustentare, largâ rerum ibidem provenientium copiâ. Quamobrem & Patrum suorum parentes narrare consuevisse, atavis cibum fuisse herbas, ac caules, radicesque palustres, palati judicio approbatas: Imprimis autem herbam illam, quam Agrisim dicebant, ob mellitam dulcedinem omni animantium generi gratissimam. Ideò & se ejus utilitatis ac commoditatis, quam proavis suis præstiterat illa herba, memores, ipsa manibus apprehensa Deos adorare. At Scythæ contra multijugis argumentis prima humani generis exordia

sibi tribuebant, asserentes, Deum, ejusq; jussibus obtemperantem naturam, nil frustra statuisse, nulla fecisse loca, quæ omni ex parte inertia essent. Etenim providam naturam animalia, animæq; expertes res, aptè in singulis locis, pro aëris cæliq; temperie generasse, ac pulcherrimè digessisse. Propterea sive ante concordem rerum discordiam dissociatam, unio congeriesque rerum extiterit, sive aquæ moles terram occupaverit, seu ignea vis omnia impleverit, Scythis prorsus principem originem deberi. Quod si enim, ajebant, ignis Dei nutu è terris cedere, ut asserunt Ægyptii, jussus est, nil sanè fidei magis congruum, quam frigentem Septentrionem ab illo primùm liberatum fuisse; Ægyptum verò, ac cætera loca, Solis radiis directè opposita, tardissimè fuisse ad temperiem redacta, imprimis, cum etiamnum ignis uredine adurentur. At si aquarum inundatione tellus tecta fuit, nihil celerius emersit, aquis subsidentibus, alto Septentrionis latere; cui etiamnum sensile argumentum præbent fluvii è Septentrione in Ægyptium mare manantes: Vnde plurimorum Regum labore, immensisq; impensis, vix Ægyptus ab incurrentium undarum violentia defendi potuit. Hinc etiam conspicuum est, Nilum non à meridie, sed ab occasu, ex Atlante monte originem trahere. Apertum igitur est, ajebant Scythæ, nostram patriam primam homines produxisse, productosq; aluisse. Quin & hinc, iidem ajebant, in veritatem injurii Ægyptii, non duntaxat rationibus, verùm & armorum vi, à nobis superati sunt. Cum etenim Ægyptii nobis bellum denunciassent, eorum adventum haud morati sumus, sed è vestigio armis arreptis ipsis occurrimus, de improviso in ipsos incurrimus, ac vicimus fugavimusque; adeò ut nisi paludium remota nos inhibuisset, ipsam etiam Ægyptum occupassemus. Hæc de gentis vetustate digladiatio ad Psammetichum Ægypti Regem usq; perduravit; Is enim cum incredibili desiderio teneretur hujus quæstionis solvendæ, hujusmodi rem machinatus est. Infantes duos à matris utero etiamnum calentes, pastori tradi educandos jubet, hac ratione, ut ipsos in solitariâ casâ reponeret, vocem humanam nullam ipsorum aures libare permitteret; verùm capris adductis eorum sitim sedaret, reliquaq; quibus indigerent solus subministraret. Hæc ideo volebat, ut ex prima ipsorum voce hominum primos deprehenderet. Biennio autem in solitariâ hac vitâ exhausto, pueri Pastori januam reseranti occurrêre, expansis manibus, beccos clamantes, quod exaudiens pastor admirabundus obstupuit, cumq; intranti perpetim idem verbum objicerent; tandem ad Regem rem detulit. Rex in conspectum suum adduci pueros jussit, cumque idem nomen subinde repetere eos audiret, percontatus est, quænam

gentis

gens Beccos vocabulo aliquid significaret? Comperitq; tandem, Phryges hoc nomine panem denotare. At hoc argumento confirmatus Psammetichus, non Ægyptiis aut Scythis, sed Phrygibus primordia generis humani tribuit.

VI. Inter ejusdem familiæ, genere, statu & dignitate pares, seniori ætate debetur præcedentia. *l. semper. 5. in pr. v. namq; majores nostri. ff. de jure immunitat.* Goldastus passim *in Seniore præsertim lib. 1. c. 21. per totum.* Antonius Colerus *de jure Imperii Germanici. sect. 54. n. 3.* Tiberius Decianus *responso 21. n. 61. vol. 1.* Aleman. *in palæstra consultationum juris. consult. 7. pag. 361.* Huc pertinent, quæ Informatio Christiani, Episcopi Mindensis, Ducis Brunsuicensis & Luneburgensis, de præcedentiæ controversia contra Fridericum Vlricum Ducem Brunsuicensem & Luneburgensem directa, atq; in circulari conventu Halberstadii Anno 1614. exhibita, me docuit. Es ist bekandt/ habet illa, daß Jhre Fürstl. G. G. beyderseits auß einen Fürstlichen Stamm entsprossen/ auch Hertzog Christian mehr als noch so alt/ als Hertzog Friederich Vlrich/ dannenhero Hertzog Christian als eltern die Natur vnd Gott den vorzug gönnen. Inter pares enim ætas semper prælationem tribuit, & ita consuetudine quoq; receptum. Zu geschweigen dero vor viel 100. Jahren Kayserl. Resolutionen, declarationen, confirmationen, decreten, belehnung vnd verträge/ da jederzeit der elteste vorgesetzet/ vnd nur zugedencken/ was seithero der letzten zwischen Hertzog Bernhards/ als deß Eltern/ (Hertzogs Christians Anherren) vnnd Hertzog Heinrichen den jüngern Brudern (Hertzog Friederich Vlrichs Anherrn) auffgerichteter Brüderlicher Landtheilung Anno 1428. vorgangen/ da sich befindet/ das vnangesehen Hertzog Bernharden der Zellische/ Hertzog Heinrich aber der Wolffenbüttelische theil zugetheilet/ nichts destoweniger Hertzog Bernhardt den vorsitz vnd præcedentz ohn einige contradiction gehabt/ so ist auch in belehnungen stets der elter vorgesetzet. Die Grubenhagische Linien sind viel Jahr auß den Lehenbrieffen gelassen/ vnnd lang hernach allererst wieder darein genommen/ sie haben auch das volle Braunschweigische Lüneburgische Wappen vnnd Titel nicht geführet/ also das/ der Vrsache halber Hertzog Erich jhnen den vorsitz nicht gestehen wollen. So will die im Craiß Abschied de Anno 1561. angezogene ratio, nemlich/ daß Calenberg den Grubenhagischen nit allzeit præferirt worden/ diß Orts weit fehlen/ wiewol die præcedentz kein realis, sondern eine personalis dignitas ist/ begeren Hertzog Christian darbey zulassen/ wie dann dem Hauß Holstein wieder Sachsen/ Engern vnnd Westphalen Anno 1562 zu Lüneburg/ in gleichem fall wi derfahren/ daß/ vngeacht Hertzog Frantz zu Sachsen je gegenwertig gewesen/ vnd sich hart

71 opponiret, man dennoch auß dem herkommen nicht geschritten. Amplia-
tur regula nostra I. Seniorem ejusdem familiæ præcedere, etiamsi junior
stirpem originemque à primogenito ducat: Tum quia repræsentatio nó
habet locum extra fratrum filios. *Novell. 118. c. 3. Novell. 127. cap. 1.* Tùm
quia primogenitura & ejus jus solùm dicitur convenire inter descenden-
tes. Berois. *consil. 71. num. 23. volum. 1.* Tiraquell. *de primogenit. quæst. 41.
num. 4.* nec ambulat per saltus, nec in transversales Hippol. Riminaldus
consil. 544. num. 4. lib. 5. Paris *consil. 72. num. 113. volum. 4.* Sicque non
datur in diversis lineis, quia unus frater non germinat alium. Joh. le Ci-
rier *de primogenit. lib. 2. quæst. 4. art. 6.* Menoch. *consil. 106. num. 353. lib. 2.*
Anton. Coler. *de jure Imperii German. conclus. 54. & conclus. 69.* Vbi plura
72 hanc in rem cumulat præjudicia. Ampliatur II. Seniorem etiam præ-
ferri juniori illi, qui expectantiam habet, vulgò Anwartung / de hoc
vel illo Electoratu, in eum casum, quo linea Electoralis finita. Nolden
de Nobilitat. civil. cap. 9. num. 285. Quia jus in spe non præfertur juri me-
dio tempore, effectualiter & plenè quæsito. *c. quamvis. c. si pro te. de re-
script. in 6.* Jason *consil. 192. num. 20. volum. 2.* Effectus enim non potest
esse ante causam, nec eam præcedere, cum causæ arguant & indicent ef-
fectum, ipsæ vicissim ab eo arguantur. Gœdd. *ad l. Princeps. 21. n. 9. vers.
quæ enim. ff. d. V. S.* facit quod duo unam eandemq; rem in solidum possi-
dere non possint. *l. si ut certo. §. fin. ff. commodati. l. 3. § ex contrario. ff. de ac-
quir. vel amitt. poss.* neq; duo civiliter, neq; duo naturaliter, neq; alter ci-
viliter, alter naturaliter. *d. § ex contrario.* Borchold. *de acquir. poss. c. 6. n. 11.*
Thoming. *decis. 11. num. 28. & 34.* non tantum in possessione vera rerum
corporalium, sed & abusiva, sive quasi possessione rerum incorporalium.
Cephal. *consil. 49. num. 9. vol. 1.* Alex. de Nevo *consil. 77. num. 3.* At nega-
ri nequit, dignitatem, honorem, præeminentiam & prærogativam o-
mnem, quæ ex Electoratu est, penes Electorem in solidum residere, &
incommunicativam esse. Ex quo sequitur, eum qui expectantiam ha-
beat, inde aliquam præeminentiam sibi asserere & vendicare non posse,
nisi voti captandæ mortis suspectum se reddere velit. Vide Cothman.
consil. 15. num. 19. & seqq. vol. 5. Qua de re plura sequenti libro, capite eo,
quo de familia Saxonica agimus.

73 VII. Nobiliora qui habet insignia, is præcedentiam promeretur:
Purpuratus *consil. 140. n. 17.* Verùm multa me tenent constrictum, quo mi-
nus hoc credam ex asse. Principiò enim haud minimum erit certamen,
quænam insignia dicenda nobiliora, an quæ simpliciora, quæ vetustiora ar-
74 bitrantur, an quæ composita, sed nihilominus regalia? Deinde circa Em-
blemata, animalia, colores, reliquumq; ornatum non minor surget am-
biguitas.

biguitas. Denique insignia sæpius larvatam repræsentant faciem, veritatis ne hilum quidem. Uti muliercularum nonnullæ, accedente ætate, faciei cerussa & minio vividum restituunt colorem, formam & juventutem ut mentiantur, & incautos ad se trahant procos; Ita insignia sua tàm bellè nonnulli instruunt, ut quod dies abstulit, Bellona subduxit, ambitiò quasi postliminio restituisse, aut conservasse videatur. Primis, ut conjicio, temporibus, quælibet sibi gens libera, regnum, provincia, Rex, Princeps nulli subjectus, insignia sibi pro arbitrio dedit, sed & postea, ut lubentia tulit, mutavit quandoq;. Quod si itaq; majora seu nobiliora insignia præcedentiæ causam dare dixerimus, præcedentia ex cujusq; arbitrio, non aliunde erit.

VIII. Pluralitas titulorum sive dignitatum præcedentiam tribuit. Freccia. *de authorit. & potest. Baronum. lib. 2. tit. quis dicatur Comes. n. 45.* 75
Sed nec hic acquiescendi securam deprehendo stationem, ut enim taceam, quosdam eò insania sua ruere, ut emant titulos vel vendant terras, (quibus facetus Boccalini *lib. 1. ragguagl.* 49. *p.* 124. beneficia prodigorum & furiosorum attribuit) illud pro memorabili habeo *che questi titoli qualche volta siano semplici apparenze, & ingombri, nomi privi di essenza & non adequati al soggetto*, ut verbis utar Itali illius, *nella risposta alla lettera scritta contra la Serenissima Republ. di Venetia.* Sapienter autem, ut alia omnia, Cosmus Florentiæ Dux: *A un Principe non conuiene ambir l' excellenca di titoli sopra gli altri ma che deue contentarsi della possanza in vece di titolo.* Besold. 1. *politic. c. 5. n.* 7. Apud vulgum quidem res speciosa nomina & tituli, apud rerum verò agendarum expertos, nuces cassæ: 76

------ *inopes rerum nugæque canoræ.*

Convival. Senatus super pace Hispana Eyndii pag. 47. Et licet non desint Principes, qui multis se exornare suave putant titulis, multisq; ditionum nominibus sibi abblandiri satagant, ex quibus forsan aliquando uxores prodierunt, vel quorum majores possessores fuerunt, sed possessione deturbati sunt, vel cessione facta, vel venditione ea in alios transtulerunt, Hos tamen alii Principes rident, qui verè possident, & somnia illa contemnunt. Petr. Gregor. *lib. 6. de Republ. c. 11. num. 13.* Atque hæc, & alia cum jam dederunt limitationibus, quæ huic positæ regulæ I. ob pluralitatem dignitatum quis non præfertur, si nulla per se sit sufficiens ad præcedendum. Ioh. St. phil. *tract. de liter. gratiæ. cap. fin. n.* 12. Jacobat. *de concil. lib. 1. art. 2. n.* 26. Peregrin. *consil. 3. n. 41. part. 2.* 77

Hoc.

Hoc si observassent bene illi Patres in Concilio Basiliensi Anno 1433. vix inde Ducem Burgundiæ Electoribus Germaniæ prætulissent, quod sexies Dux, quindecies Comes esset. II. Pluralitas dignitatum prærogativam tum tribuit, quando concurrit copulativè in eandem personam, secus si electivè. Johan. Fichardus *consil. 77. n. 17. tom. 1.* puta si Comes etjam de Principatu fuisset investitutus, ita ut Comitatum & Principatum simul teneret, non verò si ad ejus Statum priorem nihil accederet, sed idem Status tantùm ad sublimiorem dignitatem exaltaretur. Nolden. *de statu Nobil. civil. c. 10. n. 56.*

78 IX. Qui dignitatis titulum cum possessione vel administratione consecutus est, alteri præfertur, qui solum titulum & nudum nomen obtinuit. Menoch. *de arbitrio jud. quæst. cas.* 48. *n.* 13. Jason. *consil. 192. n.* 16. *vol.* 2. Ruin. *consil. 19. n. 9. lib. 1.* Natta *consil. 638. n. 6. tom. 3.* Quod ampliant I. ut possessionem prius adeptus, præferatur alteri, etiamsi is priore loco ad dignitatem electus fuisset. Nolden. *d. l. num. 92.* II. Sive hodiè possideat, vel olim possederit: Rebuffus *tr. de pacific. poss. n. 373.* Menoch. *dict. c. 48. n.* 14. modo capta esset possessio in viam illius tituli, Cravetta *consil. 171. n. 12. part. 1.*

79 X. Præfertur qui dignitatem à majori accepit. Peregrinus *consil. 3. n. 34. vol. 2.* Farinac. *consil. criminal. 94. n. 9. lib. 1.* Bursatus *consil. 343. n. 10. lib. 4.* Cravett. *consil. 982. num. 6. part. 6.* Hinc Baro, Comes &c. ab Imperatore creatus præfertur Comiti, Baroni, &c. ab Archiducibus Au-

80 striæ creato. Ampliat hanc regulam Anton. Trigona *singul. 117. n. 2.* Peregrin. *consil. 84. n. 21. lib. 1.* Natta *consil. 637. n. 15. tom. 3.* Licet posterius is à majori fuerit dignitatem consecutus, eo tamen non considerato alteri præferendum. Limitat autem & explicat eandem Nolden. *d. l. n. 35.* ex Menochio *consil. 126. n. 34. lib. 2.* ut ea tum demum procedat, cum termini ubique sunt pares. Ita videmus, ait Nolden, Angliæ aut Hispaniæ Reges, jus à Cæsare vel Pontifice non habere, sed eos sibi populi Reges constituerunt, Cedentne ergò iis Bohemo, aut Neapolitano Regi, qui à Cæsare, vel à Pontifice eâ dignitate sunt cohonestati? Neutiquam.

81 XI. Dignior est & præcedentiam meretur, qui in nobiliores dominatum habet, *Novell. 15. in fin. præfat.* Nevizan. *inter consilia Bruni* 12. *n. 58.* Menoch. *consil. 126. n. 15. in fin. lib. 2.* Cephal. *consil. 615. num. 3. lib. 5.* Natta *consil. 637. n. 35. tom. 3.* Knichen. *de sublimi & regio territorio cap. 1. n. 1. & seqq.* quiq; illustrioribus regulas præscribit. Scipio Ammiratus, *lib. 2. discurs. politic. c. 8.* Eo enim quis existimatur nobilior, quo nobilius habet subjectum: Capic. *decis. 27. num. 23. in addit.* Simon. Pistorius *consil. 18. n. 17. vol. 1.* Cum ex dignitate subditorum dignitatis præeminentia

nentia dignoſcatur. Marz. *conſil. 26. n. 63. & ſeq.* Modeſt. Piſtor. *conſil. 51. n.*
36. Nolden. *d. c. 10. n. 21.* Contrarium placet à Spetone Speroni *d. tr. della* 82
precedenza de Principi. p. 64. ubi poſtquam multis contra dictam diſpu-
taſſet regulam, tandem concludit: *Et in ſomma ſi come e vero, che la poten-*
za, la quale è forma del Principato ſpecialmente, e adoprata ſopra i ſoggetti,
che ſono al Principe inferiori, coſi e falſo, che da' ſoggetti diſcenda in eſſo l' au-
torità dello eſſercitarla, ma vienne al Principe tal potenza da maggior coſa,
che eſſi non ſono, forſe ancor dà maggior coſa, che non e il Principe, il che in par-
te ſi è moſtro, e poſcia à pieno ſi moſtrera: e queſta e quella, che à dir il vero ha
privilegio di dare al Principe il primo luogo deſiderato: la qual coſa non ſendo
propria de' ſudditi, nè della terra ſignoreggiata, reſta à dire, ſe ben ſi contra, che
dote ſia di eſſe Principe: dunque à conoſcer quale ella ſia cercar doveme trà
le ſue molte conditioni di corpo, di animo, è di fortuna ſempre parlandone con
riguardo di non diſcendere in qualche baſſo accidente commune al Principe, è à'
ſoggetti.

XII. Præferendus is eſt, qui potentiorem aut majorem 83
obtinet diſtrictum, Fichard. *conſil. 77. n. 15. tom. 1.* ut & is qui altero ditior
eſt, Menoch. *conſil. 126. n. 26. tom 3.* Cephal. *conſil. 615. n. 137. lib. 5.* Divitiæ &
dignitates enim alicubi æquiparantur. Præterea in multitudine populi 84
dignitas Regis eſt, & in paucitate ignominia Principis. Cui contrarium
eſt, quod notarunt alii, non ſemper quod potentius, idem dignius eſſe,
cum delegatus à Principe ordinario dignior ſit. Hilliger. *ad Donell lib. 21.*
c. 1. lit. a. in not. Menoch. *conſil. 36. n. 51. vol. 1.* Petr. Calefac. *de equeſtri*
dignitat. num. 18. Epiſcopus qui majorem habet diœceſin non dicitur di-
gnior altero habente minorem. Garſ. Maſtrillus *de magiſtr. lib. 4. cap. 14.*
num. 15. Non enim potentia divitiarum, & paupertatis humilitas vel ſub-
limiorem vel inferiorem Epiſcopum facit. *c. legimus diſtinct. 93.* Choppin.
de doman. Gallic. lib. 3. tit. 7. num. 12. Uti nec multiplicatio urbium & ſub-
ditorum præcedentiam tribuit: Natta *conſil. 637. num. 36.* Poterit quis
multis imperare, at non qualitate & libertate ea, qua alius paucis: Po-
terit quis longè latéq; extenſum tenere Regnum, at non æquè excultum,
nec populis abundans, ut aliud anguſtius. Et revera potentia eſt qualitas
à dignitate ſeparata. M. Curius qui de Sabinis, de Samnitibus, deq; Pyr-
rho triumphavit, pauciores ſervos habuit, quàm triumphos, meritò ta-
men aliis ditioribus prælatus. Eumenes fractis opibus, etſi nihil præter
arcem, in qua obſidebatur ſuum dicere poterat, cum tamen de pace a-
geretur cum Antigono Aſiæ Rege, qui ut potentia, ſic etiam dignitate
ſuperior videri vellet, legatis Antigoni animosè reſpondit, ſuperiorem
ſe neminem accepturum, quamdiu gladium exertum manu teneret. Bo-

DDd din.

din. 1. *de Republ. cap. 9.* Hæc qualitas, ut Dux potentior alteri præferatur, eo nomine, quod pluribus præsit, non est legibus animadversa, neque valet, ubi subest imparitas temporis. Scotus *respons. tom. 1. lib. 6. respons. 28. num. 134.* Hinc est, quod in imperii nostri Comitiis Dux Holsatiæ, Dux Sabaudiæ, Dux Lotharingiæ, licet Potentissimi sint, non tamen præferantur Ducibus Imperii antiquioribus, quanquam potentia & regionum amplitudine multum inferioribus. Goldast. *d. lib. 1. de majoratu cap. 17. num. 5.* Pierre de Boissat, qui conscripsit *le brillant de la Royne,* (ita
85 fecit titulum libello, quo vitas illustrium personarum familiæ Mediceæ enarrat) *pag. 7.* inter divitias distinguit, antiquas in considerationem admittit, novas explodit. *Celles qui sont venuës en peu de temps n'ont rien*
86 *de commun auec la grandeur, ny auec la noblesse.* Verùm quales quales etiam fuerint divitiæ, uti nobilitatem & dignitatem non concedunt possessoribus suis; ita nec nobilitatem aut dignitatem augent, nec quicquam ad præcedentiam per se conferunt. Et admisso contrario, quas fortuna dedit hodiè, cras dum aufert divitias, miram & indies variabilem præcedentiæ assignabit formam. Unde verò de divitiis satis constabit, testesne dabimus an instrumenta? an secretiora patrimonii tam facilè licebit pervestigare? Et inter Principes quomodo metiendæ divitiæ, an quas subditi sub iis tenent? an quas ipsi, tanquam fructus gubernationis suæ colligunt? An antequam in Comitiis & congressibus, quem ante occupavit, admittatur ad locum, probatum dabit, se tantum in bonis, quantum antea habere? Divitiæ patrimonium, si crescant, augent, si decrescant, imminuunt, honorem, nobilitatem & præcedentiam non æquè afficiunt. Quod hominis in corpore macies & crassamentum est, illud in patrimonio paupertas & divitiæ. Ut verò illius respectu hominis dignitas nec intenditur, nec remittitur, ita nec hujus.

87 XIII. Qui juris præcedendi quasi possessione munitus, & aliquando prælatus, alteri præferendus & hodiè meritò est. Hac decidendi ratione usus fuit Ferdinandus Imperator in dirimenda lite Ducis Florentini & Ferrariensis, nimirum, quod ita fuisset observatum in aula Caroli V. ut Florentinis Oratoribus præcedentia præ Ferrariensibus concederetur. Modestin. Pistor. *consil. 51.* Marzar. *consil. 26. n. 25.* Actus siquidem possessionis, vel quasi, quod quis in loco stetit, vel sedit, antevertendo alium tribuit prærogativam. Cornæus *consil. 193. n. 14. vol. 2* Leonin. *consil. 1. n. 15.* Et alias quoq, in jure pro possessore præsumptio est. *l. 76. ff. de R. V.* in tantum; ut is onus probandi justè possit declinare. *l. 14 l. 20. ff. de probat.* Menoch. *2. arbitr. jud. quæst. 48. n. 12. & 34.* Atq; in quasi possessione præcedentiæ & sessuræ reapse constitutus, habet fundatam intentionem

tionem tam in possessorio, quàm petitorio. Leonin. *d. consil.* 1. *n.* 9. quod de eo, qui per decennium jus præcedendi quasi possedit, tradidit Fabius de Anna *consil.* 40. *n.* 8. In Comitiis Imperii nostri, ubi magis frequentes de sessionibus rixæ quàm ullibi, concertantes se fundant in nuda sessuræ possessione, vel quasi allegando actus hinc inde exercitos. Knichen. *de Saxon. non provoc. jure, verb. Ducum Saxoniæ. c.* 2. *n.* 112. Hactenus de regulis ad jus præcedentiæ facientibus.

Cui autem præcedentia competit, is honoratiorem locum obtinet. 88
IN SEDENDO. Olim honoratior in medio sedebat, antiquissimo inter Germanos aliosq; more, Id quod Posidonius apud Athenæum ita declarat: Convivæ plures ad cœnam si conveniant, in orbem considunt, in medio verò præstantissimi sedes est, ceu totius cœtus Principis, huic proximè assidet Dominus convivii, & utrinque deinceps pro splendore dignitatis, quâ excellunt: Cluverius *lib.* 1. *antiq. German. c.* 17. *p.* 157. Idem probant Virgilii isti versus:

---- aulæis tum se Regina superbis
Aurea composuit sponda, mediamque locavit.

Et Salustius, quem Servius laudat, ait, Consulem in media sedisse mensa, reliquos verò utraque ex parte ordine fuisse subsecutos. Pancirollus *lib.* 1. *rer. memorabil. tit. de cibi capiendi modo veteribus usitato. p.* 501. *edit. Salmuthiana.* Locus honoratior quis fuerit in conviviis aliisque congressibus controversum agnoscit Dempsterus *in paralipom. ad Rosin. lib.* 5. *antiq. Roman. c.* 30. *p.* 420. Sunt qui elatiorem putent, sunt & qui medium existiment. C. Sallustius in Romana Historia: Discubuêre Sertorius inferior, in medio super eum T. Fabius Hispaniensis Senator ex proscriptis, in summo Antonius; Quia autem erat convivium Sertorii, ipsi locus inferior, Senatori honoratior datus. Sic in antiquis Servii Honorati editionibus concipiebatur. At copiosior multò locus in schedis Petri Danielis: igitur discubuêre Sertorius inferior, in medio super eum Tuscus Fabius Hispaniensis, Senator ex proscriptis, in summo Antonius, & infra Scriba Sertorii Versius, & alter Scriba: Mecœnas in imo medius inter Tarquinium & Perpennam &c. Suetonius *in Claudio cap.* 23. de majori negotio acturus in curia medius inter Consulum sellas Tribunitio subsellio sedebat. Non modò itaque in conviviis is modus observatus, sed & in Senatu, & quocunque alio loco: Nam Hadrianus Imp. Servo inter duos Senatores ambulanti, colaphum jussit impingi. Ælius Spartianus in vita ipsius. Diaconus in medio presbyterorum sedere non potest, ex Concil. Nicæno. *cap. pervenit. distinct.* 93. Et Imperator in Concilio medius sedet: *Concil. Constantinop.* 6. *act.* 1. Apud Hebræos honorationem

mensæ sedem fuisse ad parietem scribit Pancirollus *d.l.p.498.* Nam 1. *Regum c.20.* legitur, quod cathedra Regis Saul fuerit juxta parietem, è conspectu verò sedes Jonathæ, primogeniti Regis, postea aliorũ ordine subsequentium.
90 II. IN PROCEDENDO. Inter clericos major est honos sequi, quàm præcedere: Cæsar Lambertinus *de jure patronat.q.1.pr.n.16.* Secus autem esse inter Laicos apparet maximè in præstatione salvi conductus, ubi præequitare, non solùm præeminentiæ, sed & superioritatis infallibile signum est.
91 Nolden. *d.c.10.n.137.* III. IN DEAMBULANDO. Ubi notandum est: I. Si quis solus procedit, & eum subsequuntur reliqui, hoc maximi honoris esse, ut & olim fuisse signum, C' *estoit grand bonneur entre les Hebrieux, les Romains, & les Affricains, d'estre a la droite, plus grand au milieu, tres grand d'aller seul sans pair*: Pierre Matthieu *tom. 2. hist. livr. 5. narrat. 6. pag. 199.* II. Inter duos honorabilior locus à dextro est latere. Gratian. *tom. 1. discept. c. 106. n. 40.* Anton. Quetta. *consil. 1. n. 4. & 14.* Stephanus Vinandus Pighius *in descriptione pompæ equestris Herculi Prodicio adjecta. pag. 428.* Adseruit quidem validè Joh. Geropius Becanus *in Hermathena*,
92 plerisq; gentibus sinistrum locum honestiorem habitum: Etiam Romanis, sed ejus exarmavit tela Lipsius *lib. 2. Elector. c. 2. p. 3.* Apud Turcas tamen hodiè dignior habetur locus sinister, nisi quid aliud obstet. Cujus rei causam afferunt, quod eam partem gladius honestet, & qui sit in parte dextera, quodammodo gladium habeat sub manum ejus, qui sinistrum latus claudit: Ille verò eum gestet liberum & expeditum. Augerius Busbequius *in itiner. Constantinop. p. 24.* Faceta ratio, & ad securitatem illis apta, qui cum incognitis aut parum fidis gradiuntur amicis.* Planè gladium quod attinet, modo is antiquis ad dextrum, modò ad sinistrum fuit. Godef. Stevvech. *in not. ad Veget. lib. 3. c. 14. p. 195.* Polybius alibi ait, unà cum scuto gladium imperant, quem fert ad dextrum femur. Quem ad locum quod annotavit Lipsius *lib. 3. de militia Romana. Dialogo. 3. p. 176.* præstat adjicere. Novum est, ait, nostris moribus, & videntur esse quæ resistant: Primùm, quomodo facilis ea eductio? quomodo vagina inibi non impedimento ad pugnam? Sed & Josephus contrà, de ipsis Romanis: Οἱ μὲν πεζοὶ, inquit, μαχαιροφοροῦσιν ἀμφοτέρωθεν. Μακρότερον δὲ αὐτῶν τὸ λαιὸν ξίφος πολλῷ. Τὸ γὰρ κατὰ δεξιὸν σπιθαμῆς οὐ πλέον ἔχει μῆκος: Pedites utrimq; gladium gestant; Longiorem quidem illum ad sinistrum latus, nam qui ad dextrum est, palmi sive duodecim digitorum mensum non

* *Cyrus, in epulis, quorum fidem, spectatam habebat, ad sinistrum admisit latus, cæteros ad dextrum. Illa autem sedes hac honoratior habita, propterea quod ejus qui lateri nostro hæret, insidiis, læva corporis nostri pars, magis pateat, expositaq; sit, quam dextra. Qua ratione hodieque apud plerasq; Orientis gentes, sive in incessu, sive in concessu, honoratior ille locus existimatur, qui sinistræ alterius subest, lævumq; ejus latus premit: ideo quod ensis, qui læva accingitur, capulo imminet. Brisson.* de Regn. Persar. lib. 1. p. 73.

excedit.

excedit. Nonne clarè longiorem, id eſt Hiſpanienſem iſtum ad lævam ponit? Sed & cum eo Sidonius, ubi urbem Romam armat:

------ bullis hoſtilibus aſper
Applicat à lævâ fulgentem balteus enſem.

Quis autem ambigit, quin Romam ornet pro Romano more? Amplius, ſub ipſum Polybii ævum nummos reperio, in quibus gladii ſunt ſiniſtri. Hæc cum ita ſint, olim dubitavi, ecquid iſta Polybii vera ſatis aut ſana. Nunc minimè, & eò deſcendo, ut mutaſſe hanc rem cenſeam, & aliter atque aliter geſtaſſe. Certè quin Joſephi, id eſt, Flaviorum ævo, ita fuerit, ut ſcribit, gladii nempè ſiniſtri, non eſt ambigendum: & fortaſsè id introductum, cùm Gladioli, aut Parameria introducta. Etſi parum etiam firmiter. Nam ecce in columnâ Trajani pleroſque militum cinctos iterum pro priſco ritu dextros video, idemque in Antonini: Etſi Imperator tamen ipſe & Tribuni habent ferè ſiniſtros. Omninò variavit ea res. Et cur in Romanis ita miremur, quod non in Gallis? Nam ii quoque certè dextros geſtarunt, quod Strabo & Diodorus clarè ſcribunt. Atqui incommoda eductio. Non in Romanis quidem; qui nec longi nimis erant, & ab humero non à medio cingulo pendebant. Denique credo eos ſpectaſſe ſcuti uſum, præcipui inter arma. Id impediri videbatur ejuſque frequens motio, ſi gladius aut vagina ſub brachio ſiniſtro. Non ergò, inquies, in pugnâ idem, cùm vagina ad dextrum? Recipocratio enim brachii ad ictus impedita. Fateor, nec habeo quod dicam, niſi rejici ſolere tunc ponè tergum. Uno verbo, arbitraria hæc res fuit, & utrimque cauſſæ. Cæterùm & ſiniſtræ ſuus apud Romanos aliosque honos: Plutarchus *quæſtion. Romanar.* 78. *p. m.* 480. *edit. Xylandrinæ.* Ac quamvis apud Hebræos dextera potior fuerit, divino tamen conſilio per Patriarcham Jacob pro palato in benedictionibus Ephraim & Manaſſe *Geneſ.* 48. mutatas rerum vices & ordinem, ut ſiniſtra dextræ præferretur, monuit Baronius *in operibus ad annum Chriſti* 213. *in princ. verſu, cum autem viri.* III. Si plures ſimul de- 93
ambulent, medius inter eoſdem gradus honorabilior eſt. Thololſan. *lib.* 6. *de Republ. cap.* 10. *num.* 2. Challan. *catal. glor. mundi. part.* 1. *conſiderat.* 13. & 15. Notandum tamen hîc eſt, loci atque nationis pro varietate, variare etiam terminos præcedentiæ. Norimbergæ non medius, ſed ſuperior locus dignior reputatur. Apud Italos locus juxta murum, vel parie- 94
tem, ſive à dextris, ſive ſiniſtris ſit, digniori conceditur, Quod etiam in Anglia & Auguſtæ Vindelicorum obſervari, teſtis eſt Nolden *d. l. num.*

49. Vide Rulandum *de commissar. lib. 7. c. 2. n. 12. part. 1.* IV. Qui major est, se primum sistit in loco conventus, ut monstret alios ad se venire. *Le Pape Iean s' estant retiré d' Italie, attendit le Roy Louys le Begue à Troye:* Petr. Pith. *liur. 1. des Comptes de Champagne & Brie p. 468.* Carolum V. Imper. ad colloquiũ cum Francisco I. Aquas mortuas sivit Rex primum appellere: Sleidan. *l. 7. Clementum VII.* Pontificé, idem Carol⁹ ex intervallo Bo-
96 noniam secutus est. Sleidan. *d. l. 7.* Guicciard. *l. 19. hist. La ceremonia de telles assemblees veut, que le plus grand se trouue le premier au lieu assignè, pour monstrer qu' on le vient trouuer, & que le premier arriuè aille voir, le dernier venu, quand c' est en sa maison, & en sa terre. En l' entreuene du Pape Clement, & du Roy Francois, à Marselle, le Roi s' es loigna de la ville, & donna loisir au Pape de deux ou trois iours, pour son entree. En celle du Pape & de l' Empereur à Bologne l' Empereur donna temps au Pape pour y estre le premier:* Histoire de France
97 du Regne de Henry IV. de Pierre Matthieu *liur. 1. narrat. 2. p. 39.* V. Qui dignior majorq; altero est, prior ad subscribendum, sigillandumq; admittitur. Decianus *respons. 21. n. 80. vol. 1.* Tiraqu. *de jure primogen. in præfat. n. 111.* vide Alemannum *d. consultat. 7. p. 364. & seqq.* Illud deniq; circa præcedentiam meretur notari, quomodo illi, qui eam alteri præ se concedere recusant, suum sibi jus integrum conservare studeant, quidve eandem in rem superiores remedii ponant. I. Anomalam alii eligunt Sessionem, hoc est, cœterorum extra ordinem. Anno 1564. in concilio Tridentino, cum inter Regis Gallorum & Hispaniæ Legatum, Mendozam de præce-
98 dentia lis surgeret, Mendoza ne alteri postpositus videretur, seorsum ab ordine omnium legatorum locum nactus est: Natalis Comes *histor. lib. 14.* Majolus *tom. 4. dier. canicul. colloq. 5. p. 328.* Anno 1471. In Comitiis Ratisbonensibus Caroli Burgundiæ Ducis legati, Electoribus de sessionis loco controversiam moverunt, nec antea quieti, quàm alteris subselliis ad frontem Cæsaris locarentur. Campanus *tom. 2. histor. M. Freheri p. 150.* II. De latere indifferenter transeunt Guido Papæ *decision. Gratianopolit. 279.* III. Alternativè sedent, atq; præcedentia utuntur, sie wechseln umb / ut qui hodiè fortassis prior, posterior deinde sedeat. Ita Wormatia & Lubeca, in Comitiis Imperii alternis vicibus præeminentia sessionis utuntur. Et ita quoq; inter Archiduces Austriæ atq; Archiepiscopum Salisburgensem aliquando, ut & inter alios Imperii proceres factum refert Justus Reifenberg *in Nomothesia publica pag. 207.* Herbipolensis & Wormatiensis Episcopi, per vices alter alteri præsidet, excepto primo, & ultimo die, in quibus Herbipolensis præsidet: Mameran. *de investit. Maurit. Duc. Saxon.* Ita in Comitiis alternare solent Marchio Badensis, Landgr. Hassiæ, Dux Würtenberg. Dux Pomeraniæ & Dux Meckelburg:

Act a

Acta Comit. Ratisbon. A. C. 1613. p 40. Et memini me audivisse nuper inter lineam Scherensem & Wolffeggianam domus Waldpurgicæ, quæ dapiferatu Imperii gaudet, decretum, ut unus in ingressu, alter in exitu aureum pomum portaret. IV. Promiscua utuntur sessione, sie halten jhre Session geselliglich/ vngefährlich vnd ohne alle Ordnung. Vt factum in Comitiis Spirensibus, ut Recessus de anno 1526. §. Item/ als sich im anfang ꝛc. innuit R. A. zu Regenspurg *de anno* 1527. §. Als auch im anfang. R. A. zu Regenspurg *de anno* 1532. §. Item/ als sich im anfang. Vnde etiam subscriptiones eodem modo factæ nulli Statuum præjudicales esse debent. *dd. Recessibus*. & R. A. zu Regenspurg *anno* 1541. §. Demnach wollen Wir. R. A. zu Speyer. *de anno* 1542. §. Demnach wollen Wir/ das einem jeden. R. A. zu Nürnberg. *anno* 1542. §. Als sich auch etliche Fürsten. R. A. zu Speyer *de anno* 1544. §. Vnd nach dem in solcher. *&* §. Vnd als sich im anfang. R. A. zu Wormbs. *anno* 1545. §. Vnd nach dem auch. R. A. zu Augspurg. *de anno* 1548. §. Als sich auch im Anfang. R. A. zu Augspurg *anno* 1551. §. Vnd ob einige jrrung *&* §. Letzlich *cum seq*. R. A. zu Aug- 100
spurg. *anno* 1555. §. Vnd ob einige jrrung. §. Es soll auch die Session. R. A. zu Regenspurg *anno* 1557 §. Es soll darneben; R. A. zu Augspurg *anno* 1559. §. Als sich dann auch bißher. R. A. zu Augspurg *de anno* 1566. §. Als sich auch noch etwas/ R. A. zu Augspurg *de anno* 1567. §. Als sich auch noch etwas. R. A. zu Speyer 1570. §. Zum letsten *& seqq*. R. A. 1576. §. Ferner vnd zum Siebenden. R. A. *de anno* 1594. §. Letzlich was die zwischen. Ex quibus facilè refellitur dogma Fichardi *consil. 77. n. 12. tom*. 1. quo voluit, præcedentiam & sessuram ex subscriptionibus Statuum desumi in Recessibus Imperii. Knichen. *d. c. 2. n.* 108. Atq; hoc est saluberrimum remedium contra pertinaces de præcedentia contentiones, iisq; maximè observandum, qui conventibus præsunt, modò citra moram saluti publicæ prospectum velint. Auff dem Concilio zu Basel 1431. ward in der ersten Session gemeldet/ daß zu vermeidung aller spennungen/ so jrgend in solchen versamblungen einfielen/ vnd derselbigen fortgang offt saumeten/ solten alle handtlungen/ Nenn- vnd Tittelgebung/ ehrerbietung/ es were 101
im sitzen oder sonst/ mit Worten oder Wercken/ so einem oder dem andern von Prælaten/ Fürsten/ oder Gesandten begegnet/ seinen ehren kein abbruch noch Vervrtheil bringen/ sondern ein jeder nach dem Concilio in dem standt bleiben/ in welchen er darvor gewesen. Wurstisius *lib. 5. Chronic. Basiliens. c. 6. p.* 265. Eundem in finem scilicet ad præscindendas de præcedentia rixas, Artus Rex Britanniæ orbicularem habuit mensam, ad quam sui ordinis Equites adsidere voluit. V. Protestatione expressa jus sibi integrum servant *l. 4. §. 1. ff. quibus modis pignus vel hypot. solvitur. l.*

R. A. zu

102 *pro hærede 20. §. 1. ff. de acquirenda hæred.* Fabet *lib. 2. C tit. 30. definit.* 2 *num.* 8. Anno 1521. in Comitiis Wormatiensibus, ut Recessus innuit circa finem, hat Hertzog Friederich von Bayern/ deßgleichen Hertzog Georg von Sachsen mit offentlicher protestation vor den Churfürsten / Fürsten vnd Ständten nicht anders in das zu ende deß Abscheidts einschreibende Fürstliche Personen vnd sonst bewilligen wollen/ dann jhnen/ jhren Vättern vnd beyden Häusern / Bayern vnd Sachsen an jhrer session, alten herkommen vnd gebräuchen vnabbrüchig vnd vnbegeben. VI. Qui nec protestatione nec alternis sedendi juribus contenti sunt, in abstemiorum concedunt castra: inquit Knichen. *d. l. n.* 124. Coronationi Caroli V. Pontificius & Anglicus legatus propterea interesse noluerunt, ne post Principes Electorales ordinarentur, ut Hartmannus Maurus consignavit. *Quand Iacques, Roy de la grande Bretagne, fit son entreé à Londres; le 25. de May. 1604. Il n' invita pas les Ambassadeurs de France & d' Espagne, pour assister a cest acte, & leur donna des logis pour le uoir. Si l' Ambassadeur de France y fust allè, celuy d' Espagne. eut fait, ou faint le malade, car c' est le remede que de tout temps ont tenu ceux qui n' ont point uoulu courir de fortune en la dispute du rang, & cela seruit bien a Vigilius au cinquiesme concile, quand il uit qu' Eutichius Patriarche de Constantinople auoit la presidence Comme l' Ambassadeur de France se formalisa de ceste egalitè. celuy d' Espagne la tenoit à faueur & advantage. Mais les Anglois disoient que le Roy d' Angleterre estoit celuy qui receuoit plus de tort en cela, se priuant premierement de l' honneur, d' estre suiui des Ambassadeurs des deux plus grands Rois de la chrestientè, & puis en formant un preiugè contre soimesme, qui pretend le rang deuant de le Roy d' Espagne, & l' a eu par sentence die pape mesmes.* Pierre Matthieu *d. tr. liur. 7. narrat. 1. p. 651.* De judice atq; actionibus, hanc ad materiam pertinentibus scripsit Nolden *d. tr. c. 15.* per totum, quorsum ego eos qui plenius hæc nosse cupiunt remitto. Mihi interea animus, est hunc meum discursum obsignare sententiâ Caroli V. quâ litem de præcedentia inter illustres fœminas ortam terminasse scribitur. Notabilis enim ea est & omnibus illis conveniens qui tantum vanâ arrogantia ducti præcedentiam aucupantur, & præfractè nimis paritatem recusant. Bruxellæ inter Dominam de Vergas, (quæ mater fuit Marchionis de Vergas) atq; Dominam de Brederode nata fuit controversia, cui præcedentia inter ipsas assignanda: supremum eius loci consilium utriusque partis nobilitatem, aliaq; ad rem facientia debita examinans diligentia tantam inter litigantes reperit paritatem, ut nulli præcedentia adjudicaret, Litigantes paritate ista non contentæ Imperatorem appellarunt: qui deprehensa partium ambitione sententiam dixit, ut inter easdem quæ magis stulta præcederet, Geronymo di Vrrea *part. 3. del vero honore p. 171.*

Finis Libri Quarti.